GILDEMEISTER

AD

# AVDIENDAM DECLAMATIONEM

DE

# RELIGIONIS MVSLIMICAE CAVSIS ET ORIGINE

AD

**MVNVS PROFESSORIS ORDINARII**

IN ORDINE PHILOSOPHORVM

VNIVERSITATIS FRIDERICIAE GVILELMIAE RHENANAE

RITE CAPESSENDVM

DIE IV M. NOVEMBRIS HORA XII IN AVLA MAGNA

**BARBARA LINGVA HABENDAM**

EA QVA PAR EST OBSERVANTIA

INVITAT

IOANNES GILDEMEISTER

PH. ET TH. DR.

---

INEST

DE EVANGELIIS IN ARABICVM E SIMPLICI SYRIACA TRANSLATIS COMMENTATIO

---

BONNAE

FORMIS CAROLI GEORGI

MDCCCLXV.

DE

# EVANGELIIS

IN

## ARABICVM E SIMPLICI SYRIACA

TRANSLATIS

COMMENTATIO ACADEMICA

**IOANNIS GILDEMEISTERI**

THEOL. ET PHIL. DOCTORIS LITT. ORIENTALIVM IN VNIV. BONNENSI PROFESSORIS P. O.

---

BONNAE AD RHENVM

APVD ADOLPHVM MARCVM

MDCCCLXV.

# Prooemium.

Pagellae hae typis expressae iam fuerunt ineunte anno 1862 et antequam nuntius huc adveniret de immaturo Juynbollii obitu, viri multum desiderati, qui ut ipse de iis, quibus eius sententiam impugnavi, iudicaret maxime optaveram. Nunc quum publici iuris fiant, eas edi non licet nisi praemissa brevi recensione eorum, quae interea de eisdem argumentis aut nova prolata aut disceptata sunt. Ac primo quidem commemorandum est, primi evangelii in codice Nitriensi titulum, de quo p. 10—13 egi, a Landio in *Anecdotis Syriacis L. B.* 1862 I *tab.* B delineatum nunc omnium considerationi esse permissum. Ex imagine hac iam constat, id quod V. Cl. Ewaldus ipso codice inspecto *GGA* 1863 *p.* 299 exposuerat, vitio illo, de quo ex Curetonis descriptione recte iudicari non poterat, membranam esse affectam post scripturam absolutam neque inter voces fuisse intervallum, sed lacunam, quae nunc apparet, expletam fuisse dimidia litera olaf et puncto inter bina tituli vocabula solemni, ita ut librarius de nomine Matthaei a reliquis disiungendo omnino non cogitaverit. — De nomine معتزل vocalibus instruendo breviter sed vera quae momentum facit ratione recte perspecta modo egit Cl. Steiner *Die Mutaziliten Lpz.* 1865 *p.* 24. — De versione Arabica vulgata plures exstiterunt qui dissererent. Contra Anglum quendam, qui Juynbollii quam inscite putabat opinionem, illam e Latina ortam et postea ad ipsa Graeca verba interpolatam esse, paulo procacius venditarat, Cl. Le Page Renouf in libello *A few words on the supposed Latin origin of the Arabic version of the Gospels. From the Atlantis vol.* IV. *Lond.* 1863. 8. *pp.* 21. docte disputavit, ita tamen ut non ipsam Juynbollii sententiam, ex qua Ioannes Hispalensis antiquiorem eamque Polyglottorum translationem e Graeco factam ad Latinam conformasse dicitur, tangeret, sed Graecam, quae dudum constabat, originem exemplis maximam partem bene selectis denuo demonstraret[1]; non tamen omnia eius argumenta aeque valent neque satis respexit magnas inter varia exemplaria discrepantias, quae, ut illius versionis usus criticus nunc saltem revera minimus sit, efficiunt. Maxime autem mea, quae de hoc argumento exposui, attingunt ea quae V. Cl. Lagardius protulit, quum nuper codicem Vindobonensem in hoc opusculo haud semel commemoratum accuratissime, ut solet, et emendatissime ederet (*Die vier Evangelien arabisch aus der Wiener Handschrift herausgegeben. Lpz.* 1864. 8). Eum non latuit librum Franequeranum (p. 44) e Romano esse descriptum atque, quod ipse iam ante annum 1859 post alios significaveram, explodendam esse totam de Ioanne Hispalensi fabulam. Editionem Copticam Arabicam a Tattamo et Curetone (neque ni fallor sine JRT Liederi Qâhirae degentis consilio et auxilio) Lond. 1847. curatam, de qua verbum dixi p. 43 inf. (in sequentibus siglo T notabitur), per Anglorum literas edoctus tradit ex editione Shuairensi anni 1776 sumptam esse, ita tamen ut ex alio exemplo manu scripto apud Coptorum patriarcham asservato, ubi hoc verbis Copticis magis responderet, mutata esset. Atque hoc saltem, quum iam ipse libro utar, confirmare possum: eum praebere

lectiones Copticas haud paucas. E. gr. Luc. 9, 20 (cf. p. 29, in qua pro Saïdica potius Memphitica nominanda erat) etiam hic habet المسيح الله *Christus deus*, quam lectionem codicis quoque Vindobonensis (W mihi nominandi) margo agnoscit. Hanc igitur si mittimus restant quatuor editiones in Europa emissae, quas tot libros manuscriptos satis exacte nobis repraesentare p. 42 dixi, quibus nunc accessit quinta, librum Vindobonensem imitata, Lagardii. At dum negari non potest, codicis huius editionem, maxime propter annotationes eius exempla Coptica Syriaca et Graeca (رومى, non Latina; cf. Mt. 6, 13, 32. 8, 24. 9, 35 cet. Luc. 15, 25, ubi الطبول legitur in M.) respicientes, sua quidem utilitate nequaquam carere, vix tamen concedendum est, eum ad restituendam genuinam versionis formam magis valere, quam reliquos hucusque notos. Etenim eius quoque verba, aeque atque illorum, inter quos maxime ad Erpenianum accedit, a criticis orientalibus iam retractata sunt neque spes est restitutum iri quid ipse auctor scripserit, nisi libris vetustissimis iisque saeculo saltem decimo tertio antiquioribus, si qui supersunt, collatis. Editionis Erpenii fontem unum, Scaligeri codicem, simul nobis aperuit editor; alii duo Erpenii codices, uti me nuper literis humanissimis certiorem fecit V. Cl. RLBensly Cantabrigiensis, Cantabrigiae adhuc servantur, alter (G 5. 33) subscriptione insignis, de qua dixi p. 42, Florentinae a Scholzio exhibitae prorsus (nisi quod pro الاسقف المذكور legatur يوحنا المذكور) congruente (nomen hic scribitur الشيخ نش الامام بن عز الكفاه) alter (G 5. 27) a. Chr. 1285 scriptus; tertius in catalogo Erpenii ad calcem Orationis a GJVossio in obitum eius habitae LB. 1625. 4. memoratus isque „charactere Syro" scriptus inter eos, qui Cantabrigiam delati sunt, Erpenii libros non fuit. Iniuste autem nec ullo argumento addito contra editiones Romanam et Maroniticam Lagardius movet suspicionem, eas ab editoribus, quod revera factum est in bibliis Romanis anni 1671 et Novo Testamento Negriano anni 1727, adulteratas esse, in qua re vereor ne horum hominum de textus sui et reliquorum e. gr. Hieronymi discrepantia et convenientia non sollicitorum consilium perperam atque ex nostrae aetatis opinionibus iudicet. Quae editioni Romanae, cuius fons e duabus partibus conflatus fuisse videtur, propriae sunt lectiones, eas maximam partem iam nunc in libris editis et manu scriptis invenimus; reliquae tam leves sunt, ut mutationis consulto factae nulla perspici possit ratio. Naironus autem in praefatione N. T. qarshunici diserte sibi curae fuisse asserit ut codicem Cyprium, quem versionem Antiochenam continere sibi persuasit, utpote emendatiorem opponeret versioni quam putat Alexandrinae in Polyglottis expressae; apparet igitur quantum a consilio eam ad arbitrium corrigendi afuerit. Editio haec a reliquis maiorem in modum recedit, sed ita ut Graecis verbis paulo accuratius respondeat. Observari potest hanc saepius causam verborum in libris manu scriptis submutandorum fuisse, quemadmodum e. gr. quod simpliciter redditum est ἵνα δὲ εἰδῆτε Mt 9, 6 لتعلموا apud PWT, id, ut ἵνα exprimeretur, in M scriptum est لكى تعلموا et tandem, ne omissum esset δέ, in ER لكن لكى تعلموا evasit.

De editione in Polyglotta recepta tam male opinatur Cl. Lagardius, ut omnibus qui eam in censum vocarint (legerat in prolegomenis Tischendorfii p. ccxxxii edit. sept., me ex horum numero esse) simpliciter sanam mentem abiudicet, vano quod p. 42 explosi

Rich. Simonis testimonio unice fretus, qua in re ipse certissime fallitur. Simonis merita quis negabit? attamen non is est, in cuius verba iuretur, atque in hoc ipso argumento de eo valent, quae in simili causa iudicavit Lacrozius (cf. Whistoniorum ad Mosen Chor. praef. p. X), Lagardio non incognita. Itaque quae dixi nunc paulo fusius non possum quin probem, ita tamen, ut ex exemplorum, quae adduci possent, nube pro huius loci ratione nonnulla tantum non seligam, sed, utcunque in oculos cadunt, arripiam. Quae linguae legibus minus responderent emendasse dicitur Sionita: sed quî quaeso fieri potuit ut vir, qui grammaticorum Arabicorum praecepta penitus se callere grammatica sua a. 1616 edi coepta ostendit, quae Mt 20, 30 bene dicta واذا اعميان جالسان in R invenerit, in barbara haec واذا اعميان كانا جالسان (pro جالسين) mutaret? ut contra Mt 25, 6 وكان صوتا قائلا male accusativum pro nominativo induceret? ut Mt 14, 19. 15, 36 واخذ خمس الخبزات ... وباركهم وقسمهم barbare suffixum هم, quod ها esse debebat, sponte adderet? ut Mt 5, 31 in فليدفع omitteret ل particulam ad iussivum exprimendum in emendato sermone necessariam, quin etiam Mt 6, 9 pro لتات لتكن scriberet تاتى تكون, contra pro futuro simplici فهو تهلكها Mt 10, 39 absurde poneret فليهلكها, pro تقوم 24, 7 لتقومن? ut وكان لهم اسير يدعى باراباس Mt 27, 16 corrumperet in وكان لهم لصا اسير يدعى بارنبان? ut من انكرني .... انكرته Mt 10, 33 in من ينكرني ... انكرته depravaret et Mt 25, 36 perfecto ما انكرتك unice recto imperfectum ما اجحدك substitueret? ut alibi male dicta servaret, e. gr. Mt 16, 25 فليهلكها pro futuro (in W. emendate legitur) aut 25, 13 اسهروا فانكم in allocutione ad mulieres post praemissum suffixum كن? Nec melius intelligi potest quid, si Romanam repetere vellet editionem, eum impulerit, ut lectiones longe diversas introduceret. Mt 15, 5 verba ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρί· δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφελήθῃς, καὶ οὐ μὴ . . . mire (similiter etiam Mr 7, 11) reddit من لا يرفع عن ابيه وامه قربانا فليس, dum R praebebat من قال لابيه وامه كل قربان الذى هو منى ينفع لك فليس, in quibus هو e vulgata originem duxisse quis putare possit; alia habent EMW. Mt 1, 23 verba quae in R sicut apud omnes testes inveniuntur الذى تفسيره الله معنا omisit. Addidit Mt 14, 24 verba, quorum partem praeterea solus Memphiticus e Io 6, 19 infarsit, ὡς σταδίους εἴκοσι πέντε κ. τ. λ.; Mr 6, 11 verba, quae vel ipsa vulgata respuit; post اولئك Io 8, 10 الذى حكموا عليه, quae barbare dicta sunt atque eundem Memphiticum sapiunt. Sua si egit sponte, quî adductus est, ut Luc 5, 27 ἐν τῷ τελωνίῳ على التمكيس REMWT in بين العشارين, quod male ortum est e Syriaco ܥܠ ܡܟܣܐ, commutaret? ut ex duplici, quam Io 17, 13 in R legeret, interpretatione veram واتكلم بهذا فى العالم omitteret, falsam eamque in W ad Copticum relatam et revera e permutatione Memphiticorum vocabulorum σag'ι et σωg'π ortam, وهولاء اتركهم فى العالم servaret? ut pro διορύσσουσιν Mt 6, 19 (R ينقب) vocem nihili يتحيلون, quam frustra hic explicare studuit Castellus s. v. et quam ita pro يتجبلون mendose scriptam etiam cod. Scaligeri EMT praebent, reciperet vel, si Simoni fides, fingeret? Quî tandem factum est, ut innumeris locis (in uno capite Mt 27 a R deflectit fere nonagies ter, haec a W octies tantum) sine ulla causa verba mutaret? Ex omnibus his nil colligendum erat, nisi Sionitam codicem aliquem, ne minima quidem editionis Romanae ratione habita, presse secutum esse.

Qualis is codex fuerit, iam breviter significavi p. 42. Eum simillimum fuisse libris

Parisinis n. 27 *Anc. F.* (quem **a** nota insignio) et *Coisl. s. S. Germ.* 239 (nunc *Suppl. Ar.* 27; **b** mihi nominando) ex horum lectionibus a Scholzio *Bibl. krit. Reise* p. 54 non sine aliqua verborum confusione et errore traditis coniici potuit. Rem ut expedirem, hisce diebus, quum Parisiis bibliothecae Caesareae thesauris Reinaudii viri nescio utrum propter doctrinam an humanitatem magis praedicandi favore adiutus uterer, codices hos perscrutatus sum. Utrique subiunctus est idem epilogus a Scholzio in *Curis criticis* Heid. 1820. 4 p. 14 exscriptus (pro رشا حقا vel رتبًا [*Reise* p. 53], in quo lapsus est, facillime in codicibus legitur حقارتنا *humilitas nostra* i. e. *ego*; eum male كتابة *compositionem* pro *scriptione*, رسم *describi iussit* pro *recensuit* سقيم *laceratum* pro *infido* reddidisse vix opus est commemorare), in quo emendator, fortasse idem ille quem cod. **a** Iosephum vocat (reliquum nomen erasum est), de modo, quo adhibitis veteribus libris Syriacis, Graecis, Copticis, Arabicis suum corrigere studuerit exemplum, rationem reddit. Cod. **a**, foliorum 223 formae octonariae, bene exaratus et haud raro vocalibus animatus, anno Chr. 1619 scriptus est; alter, foliorum 248 eiusdem formae, anni indicium non praebet, sed illo iunior censendus non est. Matthaeus in titulo nominatur متى المصطفى (sicut et in **a** et W), Marcus البتول (cf. Nicoll Cat. Bodl. II 442), Lucas الحكيم; Ioannes cognomine caret. In margine utriusque codicis annotationes nonnullae sunt, sed non prorsus eaedem, quod contra Scholzium *Reise* p. 58 annoto; nonnullas ex iis dedit hic p. 54. Memoratu digna est, quae in **b** spectat vocabulum يغير Mt 11, 20 ita in codice (atque ut e silentio Lagardii colligo etiam in codice Scaligeri) scriptum: يعنى الغيرة لا التبديل *significat aemulari neque substituere.* In Graecis est ὀνειδίζειν, quod recte يعير reddunt PRMEa (voluit etiam W); at Copticam fuisse illam lectionem docet W, qui Memphiticam vocem etiam in omnibus qui innotuerunt codicibus exhibitam hιχoh addit (T يغاير male praebet), quae nullam nisi *aemulandi* significationem habet. Quum appareat, ipsum ὀνειδίζειν ita reddi omnino non potuisse, gravissima oritur suspicio, indicium hoc esse versionis Memphiticae ad codicem Arabicum, in quo يغير mendose pro يعير scriptum fuerit, adulteratae.

Utrumque codicem per capita Matthaei I—XVI, Marci I—VII, solum **a** per capita Lucae I—VII, Ioannis I—V contuli cum editioni Novi Castelli 1811 adornata, quam ad Polyglotta Anglicana mihi accommodaveram. Desunt in utroque omnia verba, quae in Polyglottis saltem Waltonianis aut vacuis uncinis, utpote quae desiderarentur, significata aut inter uncinos, at sine vocalibus addita, in recentiore editione autem sine indicio exhibita sunt, et quae omnia praeter Mt 6, 13. 9, 35. Luc. 5, 28 in R leguntur, scilicet haec: Mt 1, 22 معنا الله تفسيره الذى 2, 18 وعويل 5, 18 حتى يكون كله (**a**, ni fallor, habet). 6, 13 doxologia. 6, 18 علانية 9, 35 فى الشعب 11, 13 تنبوا 12, 17 القائل Mr 2, 19 ὅσον χρόνον — νηστεύειν. 4, 24 ايها السامعون 7, 6 يسوع (**a** habet). 7, 15 هو الذى ينجس الانسان Luc 1, 38 الملاك 5, 28 وقام 6, 37 لا usque ad عليكم 6, 42 يا اخى 7, 17 وكل الكور التى حولها Io 1, 40 من 4, 14 ماء ينبوع. Varias lectiones enumerabo omnes, etiam levissimas, ita tamen ut eas, quae in sola literarum diversitate sitae sunt, ut ابن et بن, ملاك et ملك, ملكوة et ملكوت, د et ذ, ت et ث, ا et ى in fine post a vocalem positas, et puncta diacritica saepe omissa non curem; quae cum editione Romana conveniunt, R litera insignivi.

Ex hoc recensu apparebit, codices illos inter se et cum Polyglottis in minimis tantum, qualia in describendo variari solent, discrepare, atque tres hos testes certam constituere recensionem, quam, si auctoribus fides est, etiam duo codices Romani, alter a. 1600 scriptus, alter anni nota carens, apud Scholzium *Reise* p. 133 commemorati et cod. Bodleianus saeculi XIV a Nicollio p. 441 descriptus continent. Quae scripturae discrepantiae si comparentur cum discrimine prorsus alio, quo P distat ab R, neminem spero in posterum negaturum esse, Sionitam usum fuisse codice libris Parisinis in omnibus simili et ita usum fuisse, ut eum accurate reddiderit. Singula haec sunt:

Mt 1, 3 PR زارح **ab** زارخ — 10 PR**b** منشى **a** منسى — *ibid.* R عاموں P**b** عاموص **a** عاموس — 18 P**b** فقبل **a** قبل R من قبل — 20 PR**a** تاخذ **b** تقبل — *ibid.* PR**a** فان **b** لان — 21 PR**a** وتدعوا **b** ويدعوا — 22 P**a** بالنبى **b**R بالنبى القائل — 24 PR**a** اخذ **b** قبل — 2, 1 P ياروشليم **ab** يروشليم *ubique* — 8 PR واسجد **ab** فاسجد — 13 PR واذ ملاك **ab** واذا ملك — 18 كثير **ab** كثيرا — 3, 10 PR ثمرا **ab** *om.* — 12 PR قمحه **ab** القمح — 15 PR لنا **ab** علينا — 4, 3 PR قائلا له **ab** قائلا اليه — *ibid.* PR انت **ab** *om.* — 4 PR وقال **ab** قائلا — 13 PR التى **ab** الذى — 24 PR**a** والمعتريين **b** والمعتريّين (sic etiam apud Lagardium pro والمعتريين legendum est). — 5, 6 P والعطاش **ab** العطاش — 13 PR لان **ab** *om.* — 21 PR**a** انه **b** ما — *ibid. et* 22 P وجب **ab** وجبت — 22 P**a** جاهل وجب **b** جاهل فقد وجب — 23 P**a** واجدا **b** واجد (*male* واحد, *apud* EWScal, *unde effecerunt* R ان لاخاك واحدا عليك *et* M (ان اخاك له واحد عليك) — 25 PR**a** سريعا et وتلقى فى السجن **b** *om.* — 30 PR**b** يهلك **a** تهلك — 32 PR**b** ان **a** *om.* — 6, 2 PR وفى الاسواق **ab** والاسواق — 4 P لتكون **ab** لتكن — 5 PR الذين **ab** لانهم — 7 P**a** كالوثنين **b** كالوثنيين — 12 P**a** نحن **b** نحن ايضا — 25 P وبما **ab** او بما — 26 P اثلا **ab** اثليس — 7, 8 P**a** يعط **b** يعطى — 18 P**a** ان **b** *om.* — 21 P فى **ab** *om.* — 8, 2 P**a** واذا **b** واذ — 3 P**a** برصه **b**R من برصه — 11 P**a** سياتون **b**R ياتون — *ibid.* PR والمغرب **ab** ومن المغرب — 21 P اتذن **ab** ايذن — 9, 9 P**a** اتبعنى **b** امضى — 21 P مسست **ab** مسّيت — 24 P**a** لكنها نائمة **b** *om.* — 27 P قائلين **ab** قائلان — *ibid.* P ولبا **ab** ولبى 4 PR القنانى **ab** القاناى — 12 P بيتا **ab** بيت — 16 PR**a** كالحيات **b** كالحية — 19 P بماذا **ab** بما — 25 PR**a** والعبد ان يكون **b** والعبد — *ibid.* PR**b** باعل **a** بباعل — 11, 4 P**a** اجابهما **b** فاجابهما — 7 PR**a** ان يقول **b** يقول — *ibid.* PR**a** ماذا **b** لماذا — 8 PR**b** ماذا **a** لماذا — 11 PR**a** السماء **b** السماوات — 20 PR**a** يعبر **b** يغبر — 22 PR**a** يوم **b** فى يوم — 28 PR**b** يا جميع **a** *om.* — 12, 6 PR**a** هاهنا **b** هذاهنا (*sic*) — 7 PR**a** الذبيحة **b** ذبيحة — 10 PR**a** يحل **b** يجوز — 23 P هذا **ab**R هذا هو — 31 P**b** يغفر **a** يغفر له — 42 PR**a** من حكمة **b** حكمة — 46 P يكلموه **ab**R يكلمونه — 50 PR**a** مشية **b** ارادة — P**a** فهو **b**R هو — 13, 1 PR**a** جانب **b** *supra scripsit* على — 2 PR الى **ab** *om.* — 14 PR**b** القائل **a** النبى — 19 P هذا **ab** هذا هو — 20 PR**b** زرع **a** يزرع — 27 P**a** النبت **b** المنبت *ut videtur* — 30 P اولا الزوان **ab** الزوان اولا — 32 P**b** نمت **a** نبتت — 42 P**b** فيلقونهم **a** فليلقونهم — 45 P**a** انسانا **b** *om.* — 48 P لشاطى **ab** الشاط — 51 P**a** له **b**R *om.* — 54 P**a** مدينته **b** مدينه — 14, 10 PR واخذ **ab** فاخذ — 12 PR واخبروا **ab** فاخبروا — 15 PR**a** جاء **b** جاء اليه — 23 P الى **ab** *om.* — 30 P فكاد **ab**R وكاد — 36 PR**a** لكيما **b** كيما — 15, 16 P**b** احتى **a**R حتى — 22 PR ابنتى **ab** فانّ ابنتى — 32 PR**a** يصفعوا **b** يصفعون — 16, 3 P**a** كيف **b**R *om.* — 9 P**a** سلا **b**R سل — 11 PR**b** اقل **a** اقول — 18 PR**a** انك **b** *om.* — 19 PR**a** يكن **b** يكون *bis.* — 20 P**a** هو

**b** *om.* — 26 PR**a** كله **b** باسره — Mr 1, 13 PR والملائكة **ab** وكانت الملائكة — 27 PR**a** هو **b** *om.* — 42 P**b** للوقت وطهر **a** وللوقت طهر — 2, 2 P كثيرون **ab** كثيرون هناك — 4 P على **a** الى — *ibid.* P وثقبوا **a** ونقبوا — 9 P او **a** و — 12 P فبهتوا **a** فبهت — 14 P مجتازا **ab** مجتاز — 18 P والفريسيين **ab**R والفريسيون — 3, 5 P**a** حزينا **b** *om.* — 9 P يقدموا **ab** يقدمون — 18 PR القانانى **ab** القاناى — 4, 6 PR واحترت **ab** واحتر (*sic*) — 7 P**b** بثمرة **a** بثمار — 8 PR**b** وصعد **a** اذ صعد — 10 PR**b** ساله **a** سالوه — *ibid.* PR**b** حوله **a** معه — 19 PR فيختنقون الكلمة **ab** *om.* — 24 P وتزادون **ab**R وتزدادون — 32 PR فاذا زرعت وصعدت صارت **a** صعدت وصارت **b** وصارت — 37 P**b** فكانت رياح عظيمة **a** *om.* — 38 P**b** انا **a** ان — 5, 5 PR ليلا ونهارا **ab** نهارا وليلا — 7 P قائلا **ab**R وقال — 9 PR فقال **ab** فقال له — 11 P**b** كثيرة **a** بكثرة — 15 P كان **ab** *om.* — 21 PR**a** في **b** الى — 26 PR تزداد **ab** كانت تزداد — 38 PR وجاء **ab** وجاوا — 6, 11 P**b** يوم **a** في يوم — 12 PR اكرزوا **ab** كرزوا — 13 P**a** يدهنونهم **b** يدهونهم — 31 P**a** يتفرغون **b** يتفرغوا — 48 P يجوزهم **ab** نحوهم — 51 P**b** فسكنت **a**R فسكتت — 7, 4 PR**a** والذى **b** والذين — 20 P ان **a**R *om.*, **b** *super versum addit.* — 24 PR**a** الى **b** *om.* — 28 P فاجابته قائلة **b**R فاجابت وقالت له **a** فاجابته وقالت له — Luc 1, 22 PR رويا **a** رويه — 30 PR ظفرت **a** ظفرتى — 58 PR عظم **a** اعظم — 73 P اقسم **a** قسم — II, 1 PR تكتتب **a** دكتب — 2 P**a** قيبرناوس — 26 PR اليه **a** عليه — 29 PR اطلق **a** اتطلق — 36 P حنا **a**R حنة — 42 PR اثنتنا **a** اثنتنى — 50 PR هما فلم يفهما **a** هم فلم يفهموا — 51 PR الناصرة **a** ناصرة — 3, 1 P ايطوريا **a**R انطوريا — *ibid.* PR الايلية **a** الايبليه — 17 PR بالنار التى لا تطفا **a** بنار لا تطفى — 21 P ففيما **a** فبينما — 27 P ريبيسا **a**R ريسا — *ibid.* P زوربابيل **a** زورابيل — 31 P متتنان **a** منيان — 37 P خنوخ **a** حنوخ — 4, 7 PR يكن **a** يكون — 9 P ابن **a**R انت بن — 15 P مماجد **a** مماجدا — 19 P المسببين **a** المسبيين — 22 PR يشهدون **a** يشهد — 29 PR وجاوا به **a** وجابوه — 5, 2 PR عليها **a** عليهما — 3 P يبعدها **a** يبعدهما — 10 P ابنى **a** ابنا — 31 PR الطبيب **a** طبيب — 36 P ثوبا باليا **a** ثوب بال — *ibid.* P الجديد البالى **a** الجديدة البالى — 6, 1 P جائزا **a** جائز — *ibid.* P الزروع **a**R الزرع — 9 P اخير ام شر انفس **a** خيرا ام شرا نفس — 10 PR ابسط **a** امدد — 19 P الجمع **a** الجميع — 20 PR بالروح **a** *om.* — 34 P توملون **a** تاملون — *ibid.* P ان **a**R *om.* — 44 PR تين, عنب **a** تينا, عنبا — 45 PR الشريرة **a** الشريرة التى فى قلبه — *ibid.* PR بفضل **a** من فضل — 7, 4 P وسالوه **a** سالوه — 21 P امراض واوجاع **a** اوجاع وامراض — Io 1, 14 PR وحقا **a** وحق — 26 PR الذى **a** *om.* — 49 P انت ملك **a**R انت هو ملك — 3, 11 P شهاداتنا **a**R شهادتنا — 26 P هوذا **a**R هوذا ايضا — 36 PR عليه **a** *om.* — 4, 10 PR عطية الله **a** الله الله (*sic*) — 26 PR انا هو **a** هو انا — 41 PR كبير **a** كثير — 5, 32 PR التى **a** الذى — (Menda editionis anni 1811 haec sunt: Mt 4, 9 خرت sine لى 5, 47 الوثنون 9, 14 والفريسيين Mr 3, 5 فماذا pro فمدها 4, 15 المزرعة Luc 1, 69 وقام 6, 49 النهر Io 5, 40 لتكن. Pro لم suo Marte praebet لماذا Mt 14, 31 Mr 2, 8. 4, 35. 7, 5. Luc 5, 22. Io 4, 27. Nomina propria consulto depravata sunt اورشليم, تاما Mt 10, 3. ليوى Mr 2, 14. Luc 3, 24. Io 1, 19. اخنوخ Luc 3, 37. ناثانييل Io 1, 47 الفصح Io 2, 23.)

Tandem nonnulla quae in meis corrigenda sunt noto. P 25 v. ult. post *Berberorum* exciderunt verba: *I 343 Ibn Asâkirum secutus.* P 27 v. 22 lege bis ادد. P 33 v. 3 l. *lubens.* P 46 v. 14 pro *R et M* legendum est *R et E, quibus nunc accedunt W et T.*

In orientalium ecclesiarum laudibus ponenda est assidua ac varia quam per medium aevum de librorum biblicorum verbis et forma adhibuerunt cura, eadem aetate qua per occidentem critica studia prorsus iacebant, ultra unam eandemque translationem eamque mixtam et per decursum temporis magis magisque aliquantum depravatam nemo sapiebat, interpretatio parum docta qualis ab antiquioribus tradita erat immota propagabatur ac sero demum in linguas vernaculas codex sacer converti coeptus est. Illorum in oriente studiorum historia iusta et continua adhuc caremus; quae de ea comperta habemus, sparsa potius et disiecta membra sunt, neque mancam hanc cognitionem nisi allatis, prout occasio fert, singulis observationibus et inventis supplere valemus. Paulo quidem accuratius quid sua lingua praestiterint Syri iudicare licet, cuius rei testes sunt utriusque testamenti versiones denuo ac denuo retractatae et correctae, neque virorum artis criticae peritorum, Thomae Heracleensis, Iacobi Edesseni, Gregorii Barhebraei, aliorum ignorantur nomina et opera; at multo minus constat de versionibus Arabicis, quae quum ad usum criticum parum idoneae sint (vix enim illi, qui in augenda ex iis, qualis hucusque typis descriptae sunt, variarum in novo testamento lectionum farragine laborarunt, earum originem et indolem perspexisse censendi sunt), ad illustrandam potius studiorum biblicorum et christianorum orientalium historiam pertinent. Earum quoque, tam si vetus quam si novum testamentum spectas, ampla fuit copia neque monumenta desiderantur diligentiae, qua etiam hae inter se tum collatae, novatae, correctae sunt, id quod praeter varias codicum subscriptiones demonstrant evangeliorum codex Vindobonensis per Kirstenium et Storrium inclutus, alii duo Bodleiani saec. XIII, ex quorum altero commentariolum de pericopa Io. VIII criticum excerpsit Puseyus (*Catal. mss. or. Bodl.* II 564), psalterium a Curetone (in *Catal. codd. Musei Brit.* II p. 4) descriptum et epistolarum liber Tischendorfianus XXXVII (*Anecdota sacra* p. 71), tum prorsus retractatae, cuius rei luculentum nuper exemplum e collatione alius codicis Tischendorfiani, nunc Petropolitani innotuit[1]). Quot olim fuerint, nemo

1) Ex paucis quae ex eo codice excerpserunt Fleischerus (*Zeitschr. d. d. m. G.* VIII, 584) et Delitzschius ad Hebr. p. 765 sqq. fragmentis certum fit, epistolarum versionem hanc cui simillima interpretamentis Nestorianis referta iam dudum innotuit per Adlerum *Verss. syr.* p. 27, esse eandem, quae in editionibus N. T. Erpeniana et Maronitica invenitur, quanquam in his denuo videtur mutata esse, tum ut accuratius Simplici responderet, tum ut verba faciliora et laeviora redderentur. Illud factum est in celeberrimo loco Hebr. 2, 9, in quo liber Petr. lectionem χωρὶς ϑεοῦ exprimit, Maroniticus lectionem in nostris editionibus Simplicis vulgatam [pro qua Leeus ex codice Travancorensi inversis vocabulis ܒܛܝܒܘܬܗ ܐܠܗܐ

facile dixerit; ne earum quidem quae hodie in bibliothecis Europaeorum asservar
numerus definiri potest. Viri enim docti, qui eas in manuscriptorum catalogis vel a

---

recepit, quod — scilicet etiam in veteribus monumentis praestat grammaticam laedi qu
dogmaticam — in *Prolegg. ad bibl. polygl. Bagsteriana* p. 44. significare voluit *gratia d*
فان الله قد ذاق الموت *nam deus mortem gustavit* restituit, Erpenianus ex dogmaticis ra
nibus vocabulum *dei* omittit, ut subiectum propositionis fiat nomen *Iesu*; quod add
Petrop. الذى اتخذه هيكلا et reliqui omiserunt, in mentem revocat ipsius, quam Oecun
nius Nestorianis tribuit, explicationis verba: ὅτι ἐνοίκησιν ἔσχεν τοῦ Θεοῦ λόγου. Hu
autem consilii exemplum habes 5, 8, in quo loco pro خوار *bubulo mugitu*, quem P
Christo tribuit, honestius vocabulum ضجيج substituit Maron. Non autem omnia aec
feliciter expedivit Delitzschius. Hebr. 5, 7 pro Syriacis ܟܕ ܒܣܪܐ ܠܒܝܫ ܗܘܐ in cod. exst
dicuntur اذ كان لانسان جسد ارفع, quae vertit: *cum esset in hominem corporalem* (i. e. fac
esset homo corporalis), *sustulit* etc. Sed quum neque Arabice dicatur كان cum ل eod
sensu, quo Hebraeis היה ל, neque جسد sit *corporalis*, sed *corpus* — nam quae duriusc
semel in Qurano legitur huius vocis appositio Sur 7, 146 ad hunc scriptorem non perti
ac certe ei ab imitando loco quranico vel ideo abstinendum erat, ne salvatorem su
cum vitulo Iudaeorum aureo componeret — neque verbi رفع forma quarta in linguae u
sit, neque omnino illa ex vocabulis Syriacis effici potuerint: apparet literarum duc
legendos fuisse اذ كان لابسًا جسدًا رفع *quum corpore indutus esset, sustulit* etc. uti E
لابس اللحم et Mar لابس الجسد recte praebent. Quae in sequente versu 5, 8 Graecis *καίπ*
ὢν υἱός et Syriacis ܘܟܕ ܛܒ ܒܪܐ ܐܝܬܘܗܝ respondent: واذ كان ابنا يقينا لا شق فيه vertit:
*quum esset filius certus indubitatus* eaque a Syriacis differre putat: »*Die Uebersetzu*
»*hält das discere geflissentlich von dem Sohne als ewigem ferne. Sie vertauscht d*
»*concessive καίπερ mit einer begründenden Partikel, indem sie die Sohnschaft ni*
»*übergeschichtlich, sondern rein geschichtlich fasst. Der welcher vom heil. Geist a*
»*Maria geboren war, musste, so wahr er Gottes Sohn war, auch nach Sohneswe*
»*gehorchen lernen. Die Peschito aber, wie auch Philox., lässt den Concessivsatz u*
»*angetastet:* »*und obwohl er der Sohn* ברא *war.*« *Der Araber folgt ihr, aber er h*
»*ihr* כד טב *nach seinem Sinne gedeutet.*« Profunde quidem eruta, uti hodie theologu
decet. Sed res aliter se habet. Nil cogitavit bonus Arabs de *filiatione superhistori*
aut *historiali* nec tanta in vulgatissima coniunctione اذ *quum* mysteria latere voluit; eti
vocabulum يقين non adiectivum est neque ad *filium* appositum esse potest, sed substa
tivum: *certitudo*, quod in accusativo positum adverbio *certo* respondet. Syri pro lingu
rum semiticarum ratione particulam *quanquam* saepissime sola sua ܟܕ exprimunt, cui co
cedendi notio ex sententiarum nexu eodem modo accedit, quo e. gr. coniunctioni ו stat
indicanti vis latinarum vocularum *sed* et *licet*. Graecum igitur καίπερ sive καίτοι p
solum ܟܕ saepius redditur: Ioh. 4, 2. Act. 14, 17 (ubi Arabs و habet) Phil. 3, 4. Heb
7, 5 (ubi respondet simplex اذ apud Petrop. Maron. Erpen.) 12, 17; huic in nostro lo
et 2 Pt. 1, 12 (καίπερ εἰδότας ܟܕ ܛܒ ܡܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ *da ihr recht wohl wisset;* = εἰ καὶ
Lagard. Anal. Syr. 42, 29) accessit ܛܒ *bene, probe, certo, revera,* ad augendum et c

recensuerunt, plerumque non hoc egerunt, ut earum indolem patefacerent, neque si forte in interiora descenderent et exempla proponerent, certos locos inter se comparandos excerpserunt, sed pro lubitu, quod parum utilitatis habet, vel propter mutilam codicum conditionem necessitate coacti diversos hinc inde arreptos elegerunt. Multo igitur minus scimus, quanam inter se cognatione iunctae vel quibus ex fontibus derivatae sint singulae. De nonnullis tantum vel integre vel idonea ex parte editis hoc certum est; at dum praxapostoli translationes quae Graecum Syriacum Copticum fontem agnoscant ostendi possunt, evangeliorum omnes, quas accuratius novimus, ad Graecam originem referendae sunt. Inter has una illa, quae inter nostrates iam octies typis descripta est, quanquam minime praestantia sua insignis ceteris ita umbram fecit, ut haec fere sola apud omnes, etiam Syros et Coptos, circumferretur, in illorum usum literis qarshunicis exararetur, ad marginem Simplicis et Copticae adscriberetur, unde etiam codicum in nostras oras transvectorum longe plurimi eam exhibent et in paucissimis et rarissimis aliae quaedam servatae sunt. Ita factum est ut non defuerint, qui unquam e Syriaco evangelia in linguam Arabicam translata esse prorsus negarent, Hᴜɢɪᴠᴍ (*Einleit. in d. N. T.* I. p. 416 ed. sec. 385 ed. qu.) dico et qui eum secuti sunt. Quod per se iam temere factum erat: nam ipsa epistolarum versio versionem evangeliorum antegressam fere postulat, nisi statuatur, id quod nemo dictionis Arabicae et Christianorum tunc conditionis gnarus sibi persuadebit, vulgatam illam tam mature conscriptam et per Syrorum orbem propagatam tantamque auctoritatem nactam fuisse, ut unumquemlibet a consilio novae ex Simplici condendae impediisset. Sed etiamsi ea, quae passim codices nondum explorati de origine Syriaca indicant, mittimus: omne de re dubium cessat, ex quo inter tot antiquitatis quae tempori edaci et hominum barbarorum incuriae eripuit monumenta translationem evangeliorum Arabicam e Simplici factam ex oriente advexit Cl. Tɪsᴄʜᴇɴᴅᴏʀꜰɪᴠs. Quaenam huius versionis ratio et indoles sit, etsi non multum tamen nonnihil refert scire. Itaque oblata scribendi non solum occasione, sed etiam necessitate hoc argumentum ex annotationibus, quas olim in meum ipsius usum, quum codicem officiosa Tɪsᴄʜᴇɴᴅᴏʀꜰɪɪ voluntate mihi missum perlustrarem, in chartas conieci tractandum ideo maxime seligendum duxi, quum fusius de eo dicendi alibi, e. gr. in ephemeridibus theologicis quae a talibus hoc tempore prorsus abhorrere videntur, vix locus esset.

Codex, de quo verba iam fecerunt VV. CLL. Tᴠᴄʜɪᴠs in *Comment. de Lips. cod. Pentat. Syri ms.* 1849. et ipse Tɪsᴄʜᴇɴᴅᴏʀꜰɪᴠs in *Anecdotis sacris et profanis* 1855 p. 65, membranaceus est et more orientalium fasciculis constat quinorum foliorum vel

---

mulandum valens, neque ad significationem *quanquam* efficiendam necessarium. Huic igitur ܠܚܕ respondet يقينا, cui explicationis gratia additum est لا شك فيه, ita ut omnino a textu Syriaco non recederet Arabs: *dum re vera sine ulla dubitatione filius erat.* Posteri malo codice decepti locum depravarunt: Erpen. enim habet ابنا نقيا, *filius purus,* Maron. ابنا تقيا, *filius pius,* quae per se satis mira facile codicis Petropolitani lectione explicantur.

vicenarum paginarum, quarum prima et ultima numerum fasciculi indicant. Aetatem tulerunt integri duodecim ab ܗ ad ܟ pertinentes, fasciculi quarti folia quatuor media et fasciculi decimi septimi folium intimum, unde fit, ut quum oratio incipiat a Mt. 13, 17 et in versu Io. 11, 44. desinat duae lacunae sint: Mt. 22, 3—23 et Io. 8, 59—10, 40 amplectentes. Bibliopegi inscitia fasciculi XII et XIII locum inter se permutarunt; etiam in fine reliquiae decimi septimi in decimum sextum insertae sunt. Columnae sunt duae, altera Syriaca, Arabica altera; versuum numerus variat XXX inter et XXXVI. Syriaca ante Arabica scripta esse, ut per se veri simile est, ita etiam certo inde effici potest, quod quum fortuitu folii 57 r columna Syriaca solito angustior evasisset, Arabica tanto latius et diffusius scribenda fuit. Quae rubro exaranda erant, scriba vacuo relicto spatio postea addidit, imprimis circellos interpunctioni inservientes, quae desunt in foliis 90—111v et a 119v usque ad finem, praeterea rubricas quasdam, uti ante c. XXI Mt. legitur ܪܝܫܐ ܕܦܘܪܫܢܐ, et quae eius generis sunt; eadem occasione etiam quae sentiret menda correxit, uti Mr. 2, 21 in vocabulo ܡܐܢܐ priorem ܐ rubro colore addidit, 14, 30 vocis ܠܟܘܢ pro ܠܟ scriptae duas literas punctis notavit, per verba 2, 26 ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܥܡܗ ܕܗܘܘ ܐܦ ܠܗܘܢ male repetita priore loco, in quo etiam ܐܦ ܠܗܘܢ perperam scriptum est, lineam duxit. Deinde codici operam impendit posterior scriba facile dignoscendus, quum pro Nestoriana scriptura usus sit vulgari rotunda et atramento pallidiori; is puncta diacritica, quibus prior parserat, multo plura addidit, spatia interdum relicta (ut Mr. 9, 15 ܘܗܘܘ, 12, 28 ܐܬܩܪܒ) explevit, superflua (Mr. 1, 35 ܬܘܒ, 2, 8 ܕܗܠܝܢ bis scripta) expunxit, multa perperam scripta, at non omnia emendavit, alia ad alius cuiusdam codicis lectionem revocavit. Porro alia manus rudior in margine interdum lectionum ecclesiasticarum initium et finem (ܪܫ, ܫܘܠܡ) indicavit literis estrangelis; eadem etiam semel, at male, ante ܠܚܡܐ Mr. 12, 33 ܣ addidit. Tandem ab his omnibus diversa est manus, quae ad marginem sectionum numeros apposuit.

Subscriptiones, quae priora duo evangelia excipiunt, primae manui debentur. Rubro colore legitur in fine Matthaei Syriaci: ܫܠܡ ܠܡܟܬܒܘ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܬܝ ܕܡܠܠ ܥܒܪܐܝܬ ܒܦܠܣܛܝܢܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܪܩܘܣ et atramento, sed a prima manu, etsi postea demum additum videatur: تم متى وابتدا في دعوة مارقس من الانجيل. Post Marcum utraque minium praebet: ܫܠܡ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܪܩܘܣ ܕܡܠܠ ܪܗܘܡܐܝܬ ܒܪܗܘܡܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܠܘܩܐ; Arabice: انقضا دعوة مارقس من الانجيل الطاهر وابتدا في دعوة لوقاس من الانجيل. Post Lucam autem, quum, uti diximus, in folio 123 v rubra non addita sint, alia posterior manus et eadem quidem, quae in margine capitula adiecit, haec scripsit: ܫܠܡ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܠܘܩܐ ܡܫܒܚܐ ܗܘ ܡܢ ܡܫܒܚܐ ܕܡܠܠ ܘܗܟܢ ܡܫܠܡ ܠܡܟܬܒܢܘܬܐ ܕܠܗ ܘܗܘܐ ܕܦܘܩ ܕܥܡܘܗܝ ܘܥܘܕܝ ܡܠܘܐ ܘܥܘܩ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܡܪܩܣ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܝܘܚܢܢ. Vides eadem fere verba et eandem in sectiones distributionem, quam exhibet codex Nestorianus ab Adlero *N. T. verss. syr.* p. 21 descriptus.

Qui Arabica scripsit, usus est atramento minoris nigredinis, quod temporis iniuriae minus restitit; passim enim literae detersae quasi et detritae vel erosae sunt. In

priore libri parte angulus inferior aliquando aqua madefacta fuit, qua scriptura prorsus deleta est. Quod detrimentum ut sarciretur, ea quae legi amplius non poterant, suppleta sunt, et quidem, quod observatu dignum est, ex alia quadam translatione. In fol. $9^{r}$ Mt. 22, 34 restituta sunt: ولما سمعوا الفريسيون انه سكت الزنادقة, in quibus vocabulum الفريسيون, quo ipse auctor nunquam utitur, Graecam originem arguit; super سكّت scriptum est قد ابكم, quae lectio Arabis vulgati in editionibus Rom., Erp. et Polygl. est, dum Mar. praebet قد اسكت. In imo folio $10^{r}$ Mt. 23, 13 ad veteris interpretis verba وان من رفع نفسه اوضع ultima vox emendatur, ut fiat اتضع et adiiciuntur: ومن وضع نفسه يرفع الوال لكم ايها الفريسيون والكتبة; ex eadem Pharisaeorum designatione, ex insolita forma الوال, pro qua in eadem pagina a vetere scribitur الويل, ex imperfecti يرفع usu certum fit, haec aliunde petita esse. Contra quae in fine folii $8^{r}$ Mt. 21, 35. 36 post verba uncis inclusa adduntur: [فنهم من ضر]بوه ومنهم من رجموه ومنهم من قتلوه وايضا بعث عبيد اخر كثيرا من الاولين وكذلك عملو لهم et $5^{r}$ Mt. 20, 17 واخذ الاثنى عشر تلاميذه فى الخلوة فى الطريق وقال لهم Simplicem sistunt, quod ex transposito vocabulo ἐν ὁδῷ perspicuum est. Correctorem textus Arabicus aliquoties, sed raro est expertus.


De aetate codicum orientalium quam difficile sit certiora statuere inter omnes rei peritos constat. Sat multae quidem iam conferri possunt literarum imagines ex codicibus Syriacis, quorum aetas cognita est, plus minusve accurate depictae; sed paulum abest, quin omni qua par est certitudine ratiocinandi materiem praebeant. Alia enim lex valet in subscriptionibus, in quibus, quum scriptura ad vulgarem usum accommodata rotunda veloci exararentur, mutationes quae temporis decursu inciderunt optime explorari possunt, alia in ipso textu imprimis librorum sacrorum, in quo diutius retinebatur scriptura antiqua stabilis quadrata, quae quum non sponte et nativo manus motu, sed imitando non sine arte et diligentia exprimebatur, etiam postero tempore facile effingi potuit, uti codex ille in tabula Adleriana quarta delineatus, qui literarum forma remotae antiquitatis speciem prae se fert, ad saeculum decimum sextum pertinet. Itaque nisi alia indicia adsint ex solo scripturae habitu biblicorum codicum aetatem definire res anceps est; ne autem iudicationem prorsus detrectare videar, haec caute observari posse arbitror. Literarum singularum forma eadem est, quae iam in subscriptione cod. Mus. Brit. 12135 anno 726 prope Râsainam scripti apud Dietrichium inter *Codd. Syriac. specimina* Tab. II. exhibita apparet, dum scriba ad ipsa libri sacri verba antiquiore, ut iam ex literarum ܘ et ܗ hic infra apertarum illic clausarum comparatione elucet, scripturae genere consulto usus est. Tempus igitur, quo posteriore forma ad exaranda biblia usi sunt, recentius esse debet, neque noti sunt tales codices ante saeculi noni finem confecti, unde hanc aetatem omnino non superare, sed potius iuniorem esse codicem statuendum est. Quum autem inter omnes imagine hucusque expressos toto scripturae habitu ad cod. Vat. CLIII anno 980 in Singarensibus montibus scriptum apud Wisemannum in *Horis Syriacis* depictum et ad codicem, qui videtur autographus, Eliae Nisibeni ad undecimi saeculi initium pertinentem, cuius exemplum in Rosenii catalogo expressum est, proxime accedat, his fere aequalem censendum duco. Antiquior

saltem videtur codice Vat. XVI apud Adlervm Tab. III, quem saeculi decimi ter
Assemanus coniectavit, et satis diversus a monumentis recentioris, quam dicun
pturae Nestorianae, quale anno 1510 scriptum eadem Adleri tabula exhibet.

De Arabicae scripturae aetate certius statui potest, ex quo plura et insign
laeographiae Arabicae monumenta eaque, quod in nostram rem apprime facit, C
nae originis a Tischendorfio in oriente detecta Fleischervm nacta sunt doctum
pretem. Comparanda imprimis sunt quinque illa in *Commentariis societatis Germ*
vol. I. VIII. XV exhibita, quae brevitatis causa literis designare liceat: A
rescriptus, vitas sanctorum continens, quem Fleischervs I 159, collato notissin
syngrapho papyrino a Sacyo edito et a. 133 = Chr. 750 scripto, non inf
decimo saeculo esse voluit, id quod postea (VIII, 587. XV, 386) collato E fra
fabularum ecclesiasticarum anno 272 = Chr. 885 exarato et eandem scriptura
prietatem exhibente confirmavit; B liber Epistolarum nunc Petropolitanus anni
892; C Evangelii fragmentum, eodem iudice ad nonum saeculum referendum;
praefationis in Evangelia, quae paullo recentior habenda est. Accedit exemplu
cis Eliae Nisibeni Syriaci et Arabici, quem modo commemoravi ad annum fer
pertinentem. Cum omnibus his arctissima cognatione, maxime autem, si singula
rae spectantur, cum palimpsesto A iuncta est codicis Lipsiensis scriptura cuiu
ginem iam Tischendorfivs exhibuit in tabula quarta *Anecdotis* adiecta. Sed quu
ab illo selectus (Io. 5, 4—6) non omnia elementa quae in iudicium veniunt co
aptum duxi libello aliam diagraphen addere, quae, etsi minus eleganter mihi oli
fecta linearum crassitiem non semper satis imitatur, ad rem demonstrandam tamen s
Longior locus sub 1 positus e Mt. 26, 47—49, reliqui hinc inde (2 e fol. 20
23 r; 7 e 18 v; 8 e 13 r; 9 e 12 v) petiti sunt. Animadvertenda sunt haec.
praecedenti iuncta ita formatur, ut calamo deorsum ducto more Syriaco infra sub
descendat, quae proprietas etiam in papyro et omnibus quinque codicibus Tisch
fianis conspicitur, dum in recentiore Eliae libro vulgari modo ab imo ad summa
tur. Literae ب et ت finales in lineam desinunt rectam, non inflexam (cf. n. 5).
tialis (n. 2; Anecd. versu 3) solito maiorem et angularem formam praebet, su
linea directa ut in monumentis cuficis, non curva, uti iam in A versu 4. 6.
C v. 4. 5. apparet; finalis trabe transversa deorsum ducta insignis est (n. 3, cf
In ن finali extrema pars non versus lineam recurvata est (n. 1, v. 4. 7; n. 4. 6.
v. 1. 3); ita ut interdum (n. 4 Anecd. v. 4) vulgarem ز aequet, id quod in omnibus
plis redit. Ipsa ز saepius solito minor est (n. 1 v. 2), quod prae ceteris in ABE
vare licet. ع initialis magnitudine excellit (n. 1 v. 2. 5. 7, Anecd. v. 5; A
B v. 2. E v. 3). ص fere ubique (1 v. 1, Anecd. v. 3) oblongam et extensam, u
B 3 C 5 E 2. 3, raro tantum, ubi spatii angustia scribam premebat, vulgarem
rotundam (n. 7) exhibet, quam solam in papyro, in D et Elia invenimus. ط et
angulare et oblongum superiorem lineam a dextra sinistram versus obliquam (n.
habet, ut in ABCE; in papyro non legitur; in D et Elia vulgari forma utitur.

ertii esse
unt, scri-

gnia pa-
Christia-
n inter-
*rmanicae*
A codex
simo illo
nferiorem
ragmento
rae pro-
. 279 =
D pars
um codi-
re 1000
lae lite-
ius ima-
um locus
ontineat,
im con-
sufficiet.
30 r; 6 e
Litera ا
b lineam
hendor-
am duci-
. ح ini-
uperiore
B v. 4
ef. A 7).
Anecd.
s exem-
E obser-
. v. 3. 5.,
uti A 1,
formam
et ipsum
. 1, v. 3)
Etiam



ك lineis parallelis consta
apud quem iam rotundiu
apud Eliam; in reliquis
sima figura recedit litera
coniuncta in C et E cufi
Lipsiensi exarata est ca
sum ducto, ut luculenter
etiam in recentibus mss.
A 4, et ad antiquam figu
exemplis videre licet. Vu
dem memorabilis est signo
dum autem more cufico (c
muntur, id quod non in

Literarum quas enota
etiam in literatura occiden
bus his comparatis egregi
tradit, Hispanorum scriptu
maghribica manu similitudi
tebit comparanti antiquioru
*logi Bodleiani* tabulis IV e
aetatem testantur. Quaeda
passim observantur, ut ت
Apollonii Pergaei anni 67
toto habitu ii a nostro diff
iudicii summam pronunciar
quitate aliquantum superar
decimo seculo satis probab
de Syriaca parte disputata
parae Scetensi collectione
perducta est, originem re
Moses Nisibenus illius mo
ipsis illis regionibus, in
execratione singulis inscri
sit, hac de re, quae ad
affirmari potest.

Antequam de Arabica
de textus Syriaci indole et
in tanta monumentorum ve
sertim Romanis et Londine
utilitatem a criticis capi p

parallelis constat (n. 7. 8), qualis in omnibus exemplis invenitur praeter Eliam
m. iam rotundius formata est; finalis (Anecd. v. 3) eadem est quae in E et
ım; in reliquis fortuito frustra quaeritur. Una quae constanter ab antiquis-
ra recedit litera est ض, quae separata iam in B vulgarem formam ostendit,
in C et E cuficam formam lineis parallelis expressam servavit. In codice
exarata est calamo primum verticem petente, dein dextram versus deor-
, ut luculenter apparet in n. 8 et 9; cf. 1, v. 2., quam scribendi rationem
recentibus mss. Mauretanicis observavi. Eodem autem modo exarata est ض in
ıd antiquam figuram pertinet angulus infra conspicuus, quem etiam in reliquis
videre licet. Vulgarem literae ض formam praebent D et Elias. Imprimis tan-
orabilis est signorum diacriticorum ratio, quae saepe quidem punctis, inter-
n more cufico (cf. Moeller *Palaeogr. Beitr.* I p. VI) lineolis minutis expri-
id quod non in Tischendorfiana, sed in mea diagraphe ante oculos ponitur.
arum quas enotavi plures, imprimis ة coniuncta, ن, ص, aliae, eandem formam
literatura occidentali Afris et Hispanis familiari habent atque omnino codici-
omparatis egregie confirmatur, quod Ibn Ghâlib apud Maqqarium II, 105, 2
spanorum scripturam antea in oriente fuisse usitatam. Ex hac tamen cum
a manu similitudine codicis quam statuimus antiquitati nil derogari facile pa-
ıaranti antiquiorum monumentorum occidentalium exempla a Pvseyo in *Cata-
ziani* tabulis IV et V exhibita, quae suo potius loco anteriorem libri Lipsiensis
stantur. Quaedam sed paucae ex formis illis etiam apud orientales postea
servantur, ut ت et ن in cod. Uri DCIX anni 462 = Chr. 1069 et in cod.
Pergaei anni 675 = 1246 apud eundem tab. VII et III, sed quantopere
ı ii a nostro differant facile apparet. Quibus omnibus rite perpensis hanc
nmam pronunciare non dubito, Arabicam codicis Lipsiensis scripturam anti-
quantum superare Eliam et D, reliquis ABCE paulo iuniorem esse, unde
culo satis probabiliter addicendus est. Neque his adversantur, quae modo
a parte disputata sunt. Quum codex ad eandem librorum in monasterio Dei-
tensi collectionem, cuius maxima pars superstes Romam et nuper Londinum
est, originem referat, quaeri licet, num ex iis codicibus CCL fuerit, quos
ibenus illius monasterii abbas anno Chr. 932 ex itinere Bagdadensi et ex
regionibus, in quibus eum scriptum esse oportet, conquisitos se advexisse
e singulis inscripta (Assem. B. O. II 118) testatus est. Sed quum mutilus
le re, quae ad definiendam eius originem et aetatem gravissima esset, nil
ɔotest.

ıuam de Arabica translatione agatur, quaedam praemittere e re erit, unde
Syriaci indole et usu iudicari possit. In universum quidem vix sperare licet,
ıonumentorum vetustorum copia, quae nondum exhausta in bibliothecis prae-
manis et Londinensibus iacent, e codice recentioribus annumerando multam
a criticis capi posse. Sed etiam eo libri pretium valde deminuitur, quod a

librario non omni qua decebat cura et diligentia scriptus sit. Cuius rei exempla ex nonnullis tantum capitibus exhibeo, et iis quidem, quae posterior manus correxit, asterisco signatis. Substituit interdum vocabula, quae quum inter varias reliquorum testium lectiones hucusque notas non inveniantur, ei vitio danda sunt, ut Mt. 25, 28 pro ܟܟܪܐ *talento* exhibet ܟܣܦܐ *pecuniam*, 26, 29 pro ܓܦܬܐ *viti* ܟܣܬܐ *poculum*, 27, 7 ܠܩܒܘܪܐ pro ܕܐܟܣܢܝܐ ܠܩܒܘܪܗ (ubi saltem ܗ suffixum postea restituit), 28, 19 ܠܟܠܗ pro ܠܟܠܗܘܢ, Mr. 2, 10 ܠܡܫܒܩܘ̈ pro ܠܡܫܒܩ, 7, 30 ܒܪܬܗ, 12, 2 ܕܟܪܡܗ, 12, 33 ܡܠܟܐ pro ܕܒܚܐ, quae etsi falsa sint a sententia tamen evangelistae non prorsus abhorrent et hominem arguunt, cui sermo Syriacus familiaris fuit. Interdum verbum addit, ut Mt. 18, 16 ܟܠ̈* ante ܦܘܡ, saepius omittit, ut Mt. 18, 8 ܠܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ̈*, 20, 8 ܠ in ܠܦܥܠ̈ܐ 21, 27 ܘ ܘܐܦ (versio Arabica habet), 21, 31 ܠܬܪܘܝܗܘܢ, 21, 34 ܡܢ*, 23, 8 ܠܐ*, 23, 29 ܨܒܝܢ*; 24, 8 ܕܟܠܗܝܢ*; 25, 1 ܘܢܦܩܢ*; 25, 6 ܗܐ; 25, 43 ܗܘܝܬ tertium *; 26, 1 ܕܟܠܗܝܢ; 26, 38 ܗܪܟܐ*; 26, 48 ܠܗܘܢ; 26, 53 ܡܢ; 26, 55 octo postrema vocabula, quae dein restituit; 26, 59 ܐܝܟ*; 26, 69 ܐܝܬ*; 28, 9 ܫܠܡ ܠܟܝܢ, quae postea addidit; Mr. 1, 16 ܝܡܐ; 2, 6 ܡܢ. Alia vitiose scripsit, ut Mt. 18, 8 ܚܝܣܪ pro ܚܝܣܝܪܐ*; 19, 8 ܐܦܣܝ*; 20, 23 ܡܢܝ; 21, 31 ܐܡܪ pro ܐܡܪܝܢ*; 23, 15 ܕܟܠܗܘܢ; 23, 17 ܘܡܢ pro ܕܡܢ; 25, 26 ܚܒܝܒܐ pro ܚܒܝܒܐ; 26, 7 ܕܡܫܝܚܐ *Christi* pro ܕܡܫܚܐ *unguenti*; 27, 16 ܐܡܪܝܢ pro ܐܡܪ (sed correxit ipse); 27, 10 ܐܡܪܘ pro ܐܬܐܡܪ*; 27, 34 ܕܡܠܟܐ sine ܕ; 28, 10 ܐܡܪܝ*; Mr. 2, 2 ܡܠܐ̈; 5, 25 ܕܡܪܕܬܐ pro ܕܡܪܕܝܬܐ; 8, 16 ܡܬܚܫܒܝܢ; 14, 47 ܐܕܢܗ pro ܐܕܢܗ. Bis scripsit Mt. 17, 20 ܬܗܘܐ; 22, 28 ܡܢ; 25, 40 ܐܡܝܢ. Transposuit Mt. 26, 12 ܗܢܐ ܟܣܐ; Mr. 2, 17 ܕܝܢ ܢܫܐ̈. Inconstanter modo addit, modo omittit ܘ coniunctionem: illud crebrius, ut Mt. 19, 18 ܘܡܢ; 21, 15 ܘܡܢ; 26, 74 ܘܡܢ; 28, 11 ܘܡܢ*, quibus in locis eo minus necessaria erat, quum iam ܕܝܢ in eadem sententia exstaret, dum Simplex, ubi Graece est $\kappa\alpha\grave{\iota} - \delta\grave{\epsilon}$, plerumque alterum utrum omittit, multo rarius utrumque retinet (Luc. 2, 35. Io. 8, 16. 17. 2 Tim. 3, 12. 2 Pt. 1, 5. 1 Io. 1, 3); Mt. 21, 24 ܘܐܦ; 21, 42 ܘܐܡܪ; 25, 35 ܘܐܟܢܫܬܘܢܢܝ; hoc rarius, ut Mt. 25, 29 ante ܐܦ; 28, 10 ante ܬܡܢ (sed ipse postea addidit); Mr. 1, 18 ante ܐܡܪܝܢ. Eadem ratione ܕ, imprimis si ante orationem posita est, modo omittitur, ut Mr. 2, 21. 27*; 6, 18*. 22*; 12, 32*; 13, 5, modo additur, ut Mr. 5, 19. 31; 8, 28; 12, 36; 13, 29; 14, 14. 68. Ad grammaticam pertinet, quod ܠܝ post ܐܠܐ interdum omittit Mt. 19, 17; 26, 40 et forma insolita ܬܣܗܕܘܢ pluries utitur, ut Mt. 19, 18; Mr. 10, 19. Vocem ܐܪ̈ܓܘܢܐ Mr. 15, 17 cum Bodl. 1. 2. Mar. scribit addito Ribbûi. In iis quae ad orthographiam pertinent, uti codices Syriaci in universum, etiam hic variat. In coniungendo cum participio plurali secundae personae pronomine formam contractam praefert, ܡܫܬܐܠܝܢܘܢ etc. in locis, in quibus apud Schaafium contrarium est: Mt. 23, 14; 24, 15; 26, 15; 27, 65; 28, 5; Mr. 7, 9; 8, 18; 10, 38; 14, 71. etc., quo etiam pertinent Mr. 8, 17 ܐܢܬܘܢ ܠܐ,

15, 9 ܐܢܬܘܢ ܕܚܒܐ, 15, 12 ܐܢܬܘܢ ܗܢܐ perperam propter enuntiatum *qorettun* ita scripta; in prima persona disiuncta uti solet, ut ܕܕܡܟܝܢ ܚܢܢ Mt. 28, 13; Mr. 4, 38; 10, 39; 11, 33; 12, 14. Vix mentione eget neque exemplis probari necesse est, ܘ et ܢ tertiae personae pluralis signa saepius omitti, unde etiam aperta vitia orta sunt, ut Mt. 25, 10 ܥܠܠܘ pro ܥܠܠ, nec desunt etiam aliarum ܢ mutarum praetermissarum exempla, ut Mt. 26, 39 ܢܥܒܪܝ *praetereat me*, Mr. 6, 23 ܬܫܐܠܝ *rogas me* (cum Maron.). Interdum pro illis leguntur formae plenae ut Mt. 28, 1 cum Bodl. 1. ܫܪܝܢ pro ܫܪܝ reliquorum. Etiam in aliis scribendi rationem minus accuratam, qualis in omnibus fere codicibus Syriacis deprehenditur, secutus est librarius; omisit ܐ in ܢܣܒ, in ܬܡܪ pro ܬܐܡܪ Mt. 19, 29 rell.

Quod autem secundum haec documenta codex minus diligenter descriptus censeri debet, id non impedit, quominus textus, quem tradidit, conditio satis bona sit. Atque re vera easdem fere lectiones praebet, quae in libris melioribus hucusque collatis repertae sunt et ad quas Leevs editionem suam conformavit; sed eandem ob causam hodie utilitas, quam ad verba emendanda ante editum opus Leeanum afferre potuisset, demiminuta est, neque ei meliores, quam novi certae classis manuscriptorum testis, partes dandae sunt. Sed omnino quaestio de antiquissima forma Simplicis, qualis nunc vulgata est, hodie in eo versetur oportet, utrum horum codicum lectiones, quae cum Graecis plerumque magis concordant, posteriori emendationi originem debeant, an verae et decursu tantum temporis immutatae sint, de qua re antequam vetustissimi codices Nitrienses Musei Britannici examinati sunt iudicari non potest. Ut interim codicis proprietas perspiciatur, praecipuas eius lectiones ex capitibus Matthaei superstitibus et Marco exhibebo. Collatio cum editione Schaafiana, quam, etsi omni ex parte satis imperfecta sit, respiciunt codicum collationes hucusque factae, instituenda erat; varias lectiones comparavi cum codicibus Raphelengii apud Schaafium citato, Guelferbytano a Brvnsio (*Repertor. f. bibl. u. morgenl. Lit.* vol. XV. XVI) descripto, Bodleianis duobus (1. *Dawk.* III; 2. Dawk. XXVII) et Barhebraei (BH.) in libro utilissimo Ionesii (*Textus evangelior. versionis Simpl. Oxon.* 1805), quo etiam Leevs in adornanda editione maxime usus est, exhibitis, cum translatione Persica in Polyglottis Anglicanis edita et cum editionibus Widmanstadii, Maronitica a. 1703 Romae foras data et Parisiis 1824 repetita, Schaafii, Leei Lond. 1816 emissa [1]).

---

1) Recentiores aliquas editiones in Anglia paratas non est quod moremur, sed quum earum indoles apud nostrates vix cognita sit, pauca de iis addo. Prima, quae Schaafianam repetit, est Evangeliorum et Actorum editio cum versione Latina, Bvchanani, ni fallor, curae a Societate Biblica (*Broxbourne* 1815. 4) mandata. In Germania in illius societatis tabernis venit; in Anglia suppressa dicitur et constat, consilium totius N. T. eadem ratione edendi abiectum fuisse. Editor ne gravissimis quidem mendis agnoscendis par erat; e. gr. Mr. 10, 19 servavit ܕܟܐ quam formam grammaticae prorsus repugnantem typographo de-

Mt. 17, 27 ܘܗܒ c. Bodl. 1. 2. BH. Pers. Mar.; ܘܩܪܒ Widm. Sch. — 18, 6 ܘܡܬܛܒܥ ܗܘܐ, ubi ܗܘܐ addit solus. — 18, 21 ܢܣܟܠ c. Bodl. 1. 2. Guelf. Raph. Mar. Lee; ܐܣܟܠ Widm. Sch. — 18, 27. ܘܟܠܗ ܢܦܩܬܐ, ubi ܟܠܗ contra omnes et etiam contra Graecos adiungit. — 18, 29 ܟܠܗ ܡܦܪܥ om. c. Bodl. 1. 2. Guelf. Raph. Mar. et Graecis; addunt Widm. Sch. Lee. — 18, 33 ܐܦ ܐܢܬ add. c. Bodl. 1. BH. Guelf. Raph. Pers. Mar. Lee; om. Widm. Sch. — 19, 24 ܕܢܥܘܠ habet pro ܠܡܥܠ cum solo BH. — 20, 6 praebet, ut iam Tvchivs observavit, formam ܒܛܝܠܝܢ, quae etiam exstat in Nitriensi (nam hoc nomen ei quam Cvreto 1858 edidit versionis Syriacae recensioni [1]) maxime aptum videtur). —

beri iam ex lexico Schaafiano videre poterat; translationem Schaafii vel potius Tremellii retinuit paululum passim mutatam, sed erroribus omnibus religiose propagatis. In totius N. T. editione 1828 a Bagstero expressa Greenfieldivs laudabile ceperat consilium Widmanstadianam repetendi, sed ita versatus est, ut nullo indicio facto interdum ab ea recederet. Exempla sunt Mt. 18, 21 ܢܣܟܠ pro ܐܣܟܠ; 25, 8 ܐܛܦܝ pro ܐܛܦܝ̈; Mr. 5, 13 (* ܢܦܩ ܘܥܠܘ pro ܢܦܩܘ ܘܥܠܘ; Mr. 7, 25 ܐܝܬ ܗܘܬ pro ܐܝܬ, ut fides huic libro apud criticos esse nequeat. Tertia est editio Evangeliorum Chaldaicis quos dicunt typis sumptibus Societatis Biblicae 1829. 4. descripta, quae Leeum sequitur, sed in quibusdam locis nescio cur aliarum editionum lectiones substituit, ut Mt. 25, 8 ܐܛܦܝ̈ pro ܐܛܦܝ; 25, 17 ܐܦ ܗܘ pro ܗܘ; Mr. 5, 13 ܢܦܩܘ ܘܥܠ pro ܢܦܩ ܘܥܠܘ; 16, 14 ܠܐܗܝܡܢܘܬ pro ܠܗܝܡܢܘܬ.

1) Facta huius libri mentione moneor, ut meam de obscura evangelii primi in eo inscriptione sententiam, eandem etiam a Cl. Hermansenio *Disp. de cod. Syr. a Curet. typis descripto Havn.* 1859. 4. p. 30 propositam, ex qua ܡܦܪܫܐ ad Matthaeum referendum de *selecto* explicare idque collato Arabico cognomine المصطفى confirmare studui (*ZDMG.* XIII, 472), ab exceptionibus ei a Cl. Ewaldo *Jahrbb. d. bibl. Wissenschaft* X, 145, cuius summam in his rebus auctoritatem observare meum duco, oppositis vindicem. Quas inter gravissima illa videtur, quam de usu et significatione verbi ܦܪܫ desumpsit; hoc enim nunquam de eo qui optimus inter alios eligatur (*hat niemals den guten sinn des* مصطفى erwählt *als der beste*) dici vult, sed de eo qui secernatur, ita ut semper aut diserte additum aut intelligendum sit, unde vel quem in finem secernatur *(es kann wohl bedeuten* ausgeschieden, *wo dann immer eigentlich näher angegeben oder leicht verständlich sein muss, woraus oder wozu etwas ausgeschieden werde).* At discrimen, quod esse nemo negabit, re vera minimum est quum is qui eligatur etiam separetur a reliquis, et si quis segregetur vel distinguatur ex pluribus, id fiat delectu inter eos instituto imprimis si separationis causa in favore sita est: ܓܒܝܐ ܕܐܬܦܪܫ ܠܟܪܘܙܘܬܐ ait Ephrem III, 241 ult. locum Rom. 1, 1 spectans. Unde mirum esse nequit, saepissime apud Syros, quae verbo ܦܪܫ a principio inest, notionem solvendi ex nexu priori et separandi minus re-

*) Penuriae quam dicunt abundantia in typis Syriacis Regiis iisque si recte edoctus sum iam e pusilla schola Duisburgensi in illustrem hanc Musarum sedem translatis ea est, ut ne his quidem paginis describendis sufficiant. Itaque nonnulla omittere, alia literis Hebraeis scribere, alia ubi licebat verbis Graecis vel Latinis reddere coactus non tamen ita mihi temperare potui, quin interdum iustis formis deficientibus lectori erudito foedum literarum, quae mediae voci propriae sunt, in fine positarum aspectum praebuerim.

20, 16 ܦܪܫ add. cum Bodl. 1. Mar. Lee. — 20, 22 cum iisdem habet ܠܟܘܢ omisso ܐܢܐ. — 21, 10 solus praebet ܘܟܕ ܥܠ ܦܪܫ pro vulgato ܘܟܕ ܥܠ, etiam contra Gr. *καὶ εἰςελθόν-*

---

spici et praevalere vim distinguendi, imo eligendi idque multis exemplis comprobari potest. Apud Assem. B. O. III, 2, 702, 3 nullo adiecto alio vocabulo legitur: *in exordio ritus consecrandi* ܦܪܫܝܢ ܙܡܝܪܬܐ, quo dictum esse aliud non potest, nisi *seligunt hymnos* (cantandos) nimirum maxime idoneos; III, 1, 136, 17: ܦܪܘܫܘ *eligite et mittite nobis, quos dignos censetis nova consecratione,* fere ut ܦܪܫ Lc. 10, 1 pro *ἀνέδειξε, destinavit.* In precibus de inaugurando patriarcha recitatis utrumque coniungitur: ܠܥܒܕܐ ܗܢܐ ܕܦܪܫܬ ܘܓܒܝܬܗ ܕܢܗܘܐ *hunc servum tuum quem segregasti et elegisti ut sit catholicus electus* III, 2, 375. 682, et omnino de eligendo patriarcha, episcopo, clerico solemne vocabulum est ܦܪܫ et ܐܬܦܪܫ: III, 2, 415, 13 sqq. 417, 12 inf. 418 med. 443, 9 inf. ܗܘ ܐܬܦܪܫ ܠܦܛܪܝܪܟܘܬܐ III, 1, 54, 24, ita ut cum verbo ܓܒܐ promiscue adhibeatur, e. gr. III, 2, 668, 5 inf., ubi primum legitur ܓܒܝܢ ܦܛܪܝܪܟܐ *eligunt patriarcham,* tum 669, 6 pergitur: ܡܫܪܐ ܗܘ ܕܐܬܦܪܫ ܒܦܘܪܫܢܐ ܗܢܐ *is qui electus est canere incipit,* et 646, 9 ܐܬܦܪܫ ܒܓܘܒܝܐ ܚܐܪܐ *seligendus est electione ab omni pacto ante inito libera.* Quo etiam pertinent loci, in quibus verbum in optimum quodque transfertur, ut ܦܪܫ ܠܗ ܐܝܩܪܐ *insignem ei honorem habuit* III, 2, 134, 9. s. ܐܬܦܪܫ 124, 25. Nec est cur in ܡܦܪܫܐ cognomine haud amplius definito aliquid desideremus, quum iam in ipso loco Gal. 1, 15, ad quem praeter Rom. 1, 1 id referendum est (unde etiam verbi de episcopi electione usus originem habuit), unum solum ܦܪܫ legatur respondens Graeco *ἀφορίζειν,* cui et ipsi vis *prae aliis deligendi* derogari vix poterit. Syrum autem hominem ܦܪܫ verbo eligendi reddere potuisse ostendit translatio Arabica in edit. Maron. Rom. 1, 1 انتخب exhibens, quod significat اختار *meliorem rei partem elegit.* Ne quis forte obiiciat, comparationem locorum Paulianorum requirere, ut non ܡܦܪܫܐ, sed ܡܬܦܪܫܐ dictum sit, observo, uti ܦܪܫ et ܦܪܫ eandem *distinguendi* vim habeant (nisi quod in sententiis, quales sunt ܦܪܫ ܚܘܒܐ ܡܢ ܪܚܡܬܐ ܣܢܐܬܐ ܡܢ ܡܚܒܬܐ Ass. II, 34. 12. 38, 6, 10 ܦܪܫ ܡܢ ܚܫܘܟܐ ܐܦ ܢܗܘܪܐ ܡܢ ܚܫܘܟܐ ܡܦܪܫ ܠܚܘܫܒܐ II, 193, 1 *discrimen statuit et declaravit,* solum Pael inveniri videatur), ita etiam passive sine ullo discrimine ܦܪܝܫ, ܡܬܦܪܫ et ܡܦܪܫ in usu esse. Theophaniae interpres de locis cultui divino destinatis in eodem commate III, 20 utitur formis ܡܦܪܫ v. 15, ܕܐܬܦܪܫ v. 19 et ܦܪܝܫ v. 18; in eadem stropha et eodem sensu Ephr. III, 71, E metri gratia ܦܪܝܫ et ܡܦܪܫ de sole eiusque splendore et aestu mixtis quidem et unitis, sed distinguendis exhibet; pronomen separatum apud grammaticos ܦܪܝܫܐ et ܡܦܪܫܐ nominatur (Amira p. 238). *Praecipue, prae aliis* dicitur ܦܪܝܫܐܝܬ Ass. III, 1, 187, 4 inf.; 244, b, 11 (constr. c. ܡܢ, ut manifeste eluceat significatio *eligendi*) Ephr. III, 94, B et ܡܦܪܫܐܝܬ Theoph. IV, 23, v. 11 et pag. seq. v. 10; *separatim, distincte* ܦܪܝܫܐܝܬ Ephr. III, 72, E Ass. III, 1, 343, b, 9 ܡܦܪܫܐܝܬ Ass. I, 295, 12 inf. Io. Dar. ap. Ecchell. Eutych. vind. 193, 6. Nil igitur obstat, quin forma ܡܦܪܫ uniuscuiusque, quae verbi est, significationis particeps esse possit. Ut illustrem qua ratione ponatur haec addo. Plerumque dicitur de rebus pluribus inter se diversis: ܒܓܢܣܐ ܡܦܪ̈ܫܐ *generibus* Theoph. (cuius interpres ea magis quam alii scriptores delectatus est) 1, 17. *vivendi modis* 1, 37 v. 19; 38, v. 8. *diis* 2, 6, v. 7. *catervis* 4, 29. *agris* 4, 34 p. 2. v. 15. Tum de *disiunctis* 1, 24. Deinde de *divisis* per partes 2, 82 v. 14. Ass. III, 2, 791, 14:

*τος αὐτου.* — 23, 23 ܐܢܬܘܢ ܡܫܡܫܝܢ pro ܡܫܡܫܬܘܢ, quod reliqui tuentur. — 23, 25 ܒܪܗ cum Bodl. 1. pro ܠܒܪܗ — 23, 39 ܐܡܝܢ addit in initio versus. — 24, 7 ܒܕܘܟܬܐ ܕܘܟܬܐ

---

ܡܦܪ̈ܫܝܢ = ܠܡܬܠܬܐ ܙܢ̈ܝܐ ܡܦܪܫ. In singul. (nescio an utrobique perperam) Ass. III, 1, 466, 8 inf.: *historias narrare per capita* ܒܡܢܝܢܐ ܡܦܪܫܐ *suo quaeque numero* distincta. Tandem de *selectis* lectionibus, quod ad nostram rem proxime accedit, in usu est. Sed loci 1 Pt. 4, 10 ratio mihi prorsus alia esse videtur. *Gratia* ibi dicitur *multifaria* i. e. pro ratione accipientium diversa, varia dona distribuens, in se plures comprehendens modos vel gradus, ita ut fere nominis collectivi vice fungatur. Interpres distributivam quam dicimus senteutiae vim, ex qua pro suis quisque dotibus gratiam administrare iubetur, servaturus vocabulum ܡܦܪܫ eadem significatione, quam exempla pluralis ܡܦܪ̈ܫܝܢ supra allata exhibent, dum *ποικίλῳ* si est *versicolor* semper ܒܠܘܢ respondet, optavit, in singulari ponendum, quum nomen pluralem non pateretur. Haec autem ipsa notio ad *translationem,* quod nomen collectivum non est, accommodari non potest, et si posset, significaret, singulas eius partes diversas esse eamque in semet ipsa discrimina complecti, id quod de Nitriensi ubivis eodem vertendi modo utente dici nequit. Nec magis huc facit locus in Lagardii *Anal.* p. 31, in quo *simplici* opponitur non ܡܦܪܫ, sed *constans partibus diversis.* Tum obiicitur, appellationem talem, quippe quae non sit muneris designatio, sed cognomen *(ein solcher reiner nicht etwa amts- sondern beiname),* in simplici orationis genere ante nomen collocari non potuisse; nam in constituendo vocabulorum ordine Syris multa quidem licere, sed non omnia. Relegaveram ad Hoffmanni grammaticam, in qua res frequentissima breviter commemorata est, et prorsus supervacaneum censueram eam exemplis confirmare, quorum centuriae si opus est facile congeri possunt. En nonnulla ex Assemanio petita, ex quibus elucet, imprimis ante nomina virorum sanctorum et ecclesiasticorum talia collocari solere: טובנא קוסטנטינוס I, 3 a 25; קדישא מרי יעקוב 18 a 4; מיקרא דין יעקוב 24 a 4; גביא אפרים 33, 23; רבא בסיליוס 39, 8; קדישא בישוי 41, 7; רבא סוירא 166 a 5; גביא גאורגי 166 b 1; נציחא יעקוב 181 b 32; מיתרא היבא 199 b med.; זכיא נכפא אתא מרי אתאנאס 493, 15 inf.; טביבא איואנניס 541 a 31; מהימנא לאון II, 40 b 33; זכיא יוסטיניגא 49 b 11; מיתרא ומכיא גיורגיוס III, 1, 149 b 1; מהירא ולטישא אבו נוח 164 a. Deinde sed rarius etiam de ecclesiae inimicis dicunt רשיעא יוליגוס I, 50, 2 inf.; רשיעא נסטוריוס II, 34 b 13; הו דטופנא אסקליק I, 412 b 3 inf. Tandem etiam in appellativis nominibus idem valet: נכפא דיריא II, 38 b 6; מיקרא אבהוהי 99 a 15; טובנא שליחא III, 2, 4; רשיעא חברוהי III, 1, 496 b 1. Ambitum huius usus accurate definire, quod grammaticorum est, operae pretium esset; ex Ioanne Ephesio quae observavi addo. Utitur is adiectivo praemisso 1) in epithetis ad dignitatem spectantibus et quasi perpetuis, ut in regum nominibus: זכיא יוסטינא 4, 2 inf. etc.; זכיא מלכא 24, 15. 46, 15. מרחמנא מלכא 25, 1; בהילא מלכא 184, 4. מרחמניתא מלכתא 84, 18; משינא ובהילא טבריוס 52, 18 quum is Caesar esset; משבחנא אודמון, משבחנא יוחנן 87, 6 in patriciis, quibus hoc ornamentum deberi videtur; nam etiam 342, 5 dicit משבחנא פטריקיוס (*λαμπρότατος* Byzantii in more erat) et Mundirum Arabum regulum quem antea nusquam cognomine ornarat, simulatque eius ad patriciam dignitatem accessionem commemoravit, משבחנא מנדר 262, 2 etc. cf. 266, 4 nominat; מיתרא אוטיך 142, 18;

habet pro ܩܘܪܒܐ ܕܗܘܐ, quae forma absoluta crebrior est. — 24, 44 habuit ܡܚܒ pro ܡܬܚܫܒ, sed posterior manus correxit. — 25, 1 ܠܘܪܥܐ c. Bodl. 1. 2. BH. Mar.; ܠܠܘܪܥܐ Widm. Sch. Lee. — ܗܟܝܠ c. Bodl. 1. pro ܗܘܝܢ. — 25, 7 addit cum Bodl. 2. ܗܘܝܢ; Bodl. 1. Guelf. Mar. Lee ܗܟܝܠ; om. Widm. Sch. — 25, 8 ܐܡܪܝ cum Widm. Mar.; ܐܡܪܝܢ Schaaf, Lee. — 25, 17 ܐܦ ܗܘ cum Bodl. 1. 2. Guelf. Mar., ܗܘ Widm. Sch. Lee. — 25, 34 ܡܢ ܩܕܡ cum Mar., reliqui ܡܢ c. Gr. — 26, 71. Posterior manus novam introduxit lectionem

---

182, 1 cet. de patriarcha, de quo alias satis contumeliose loquitur; 2) in apostolis et sanctis ecclesiae טובנא פטרוס de apostolo 237, 5; טובנא מרי סרגיס 351, 1; טובניתא אופמיא 57, 1; deinde in sectae monophysiticae auctoribus et propagatoribus טובנא תאודוסיוס 50, 9. 223, 6 inf. etc.; טובנא סאורא 175, 20; טובנא יעקוב de Baradaeo 57, 4 inf., 235, 15 et saepius, dum eius adversarium Paulum nullo ornat cognomine; טובנא טאלוס 93, 4 de homine obscuriore; 3) e contrario in haeresiarchae nomine רשיעא נסטוריוס 19, 17, dum mediocris haereticus audit אוגיך עליבא 314, 19. 4) Sic etiam de adversario suo semel dicit הו עשינא אוטיך 123, 6, alias אוטיך עשינא 179, 5, et nervose laudaturus Mundiri facinus egregium eum nominat הו לביבא. וחילתנא מנדר 351 ult. Simile habes 273,8. — Omnia haec in simplicissimo orationis genere leguntur iisque prorsus consentaneum est ܡܦܪܫܐ illud, ita ut ex parte grammaticae nihil obstet, quin cognomen sit. Neque impedit intervallum inter utrumque vocabulum in codice conspicuum, quum re vera id ex vitio quodam, qualia in membranis saepe observare licet, (*a small defect in the vellum* ait Cureto p. VI; *lacunam* forsan haud recte dixeram) explicandum sit. Quod autem postulatur, expediendum esse, quidum prae aliis omnibus Matthaeus dici potuerit *electus*, id pro parte, quam in his rebus habent arbitratus et fors, nimium est. In officio Iacobitarum apud Ecchellensem *Eutych. vind.* II. 253 Ioanni prae ceteris *electi* ܓܒܝܐ cognomen datum est, quod omnino negari non potest, quanquam etiam de aliis idem valebat. Atque eadem quaestio redit in Arabico المصطفى. Contra concentus Arabis posterioris cum codice Nitriensi ad rem agnoscendam sufficere videtur. Sagacissima quidem coniectura est, Arabici cognominis originem ad errorem referendam esse, per quem pro ܓܒܝܐ male enuntiatum sit ܓܒܝܐ, sed non verisimilis, cum apud Syros ubivis, in translationibus Nitriensi, Simplici, Heracleensi et in aliis libris (cf. Theoph. V, 39) solemnis et constans Matthaei designatio non sit ܓܒܝܐ sed ܡܟܣܐ. — Restat ut mentionem faciam alius explicationis nuper in sermone mecum communicatae, secundum quam Matthaeum ita dictum volunt tanquam *interpretem* מְפָרֵשׁ. Sed eius significationis apud seriores Hebraeos late diffusae ne unum quidem vestigium apud Syros est, et si qua hanc in sententiam scripta inveniuntur, sinistre accepta sunt. Castellus quidem in lexico voci ܡܦܪܫܢܐ Iac. 2, 4 ex prava Tremellii translatione ascripsit *interpres*, at falso quum Graece respondeat κριτής, Arabice apud Erp. قاضى. Wisemannus *Hor. Syr. p.* 51 radici *exponendi* notionem tribuit ex loco Ephr. I. 239 C *exemplo satis claro*, ut ait, nescio quo errore deceptus, quum ibi diserte *separandi* vim (de תְּרוּמָה agitur) habeat. Male etiam Leeus in Eusebii Theophania verbum interdum, ut IV, 7 p. 2, v. ult.; 12 p. 2, v. penult., reddit *explain*, nam ibi significat *iubere*, *praescribere*, ut in locis simillimis IV, 32; V, 5 ipse recte intellexit.

ܗܘܐ ܢܘܪܐ — — ܗܘܘ ܕܠܥܠ — 27, 1. ܡܢܗܘܢ om. cum Bodl. 2. Widm. Sch.; habent Bodl. 1. Guelf. Raph. Mar. Lee. — 27, 9 ܒܢܦܫܐ c. Bodl. 2. BH., ܒܢܦܫ ܡܢ Widm. Mar. Schaaf. Lee. — 27, 20 ܢܬܐܠܡܢ cum omnibus hucusque notis contra Widm.: ܢܬܐ ܠܟܘܢ. — 27, 23 ܒܡܠܟܘܬܟ c. Bodl. 2. Ar. Widm. Sch.; ܠܡܠܟܘܬܐ Bodl. 1. Guelf. Pers. Mar. (qui constanter praebet ܠܡܠܟܘܬܐ) Lee. — 27, 35 Verba spuria, quae etiam in Mar. exstant, om. c. Bodl. 1. 2. Guelf. Pers. Widm. Lee. — 27, 37 ܝܫܘܥ in inscriptione crucis om. cum Graecae lectionis testibus multis, nullo Syriaco. — 28, 1 ܒܪܡܫܐ pro ܒܪܡܫ. — 28, 9 ܘܪܗܛܝܢ cum Bodl. 1. 2. BH. Widm. (apud quem in exemplo quo utor diserte legitur) Mar.; ܘܪܗܛܝܢ quod pravis vocalibus animatum (cf. Roediger *Chrest. syr.* p. 15) exhibent Sch. Lee vix e mss. petitum est. — Mr. 1, 13 ܐܬܟܪܙܬ * pro ܚܝܘܬܐ. — 1, 21. ܒܫܒܬܐ c. Pers. pro ܒܫܒܐ. — 1, 29 ܘܢܦܩܘ ܘܐܬܘ c. Bodl. 2. ܘܢܦܩ ܘܐܬܐ Pers. Lee. ܘܢܦܩܘ ܘܐܬܘ Widm. Mar. Sch. (Bodl. 1. Guelf.) — 2, 3 ܫܩܝܠܝܢ ܠܗ c. Bodl. 1. 2. BH. Mar. Lee; ܫܩܝܠ Widm. Sch. — 3, 7 ܢܦܩܘ ܗܘܘ c. Bodl. 1. 2. Lee; om. ܗܘܘ Widm. Mar. Sch. — 5, 12 ܡܪܝܐ ܒܝ ܠܟ conflatum ex ܒܥܝܢ Bodl. 1. 2. Mar. et ܡܪܝܐ ܠܟ Widm. Sch. Lee. — ibid. ܢܥܘܠ ܒܗܘܢ, ubi ܢܥܘܠ ܒܗܘܢ ܘܠܚܝܘ Bodl. 1. 2, ܢܥܘܠ ܒܗܘܢ ܘܠܚܝܘ Widm. Sch., ܢܥܘܠ ܒܗܘܢ ܘܠܚܝܘ Mar. Lee. — 5, 22 ܠܘܬܗ Widm. Sch. Lee cum reliquis ut videtur; Mar. ܩܕܡ; in codice manus posterior scripsit ܠܗ deletis prioribus, quae num ܠܘܬܗ praebuerint non liquet. — 7, 8 ܘܐܚܝܕܝܢ ܐܢܬܘܢ c. Guelf. Mar.; ܘܐܚܝܕܝܢ Bodl. 1.; ܘܐܚܝܕܝܢ Widm. Sch. Lee. — 7, 15 ܘܐܠܐ c. Bodl. 1. 2. Widm. Mar.; ܕܐܠܐ male Sch. Lee et forsan Pers., qui pro sequente ܕ legit ܘ. — 7, 25 ܐܝܬ ܗܘܐ; melius ܐܝܬ ܗܘܬ Bodl. 1. 2. Guelf. Mar. Lee; ܗܘܐ om. Widm. Sch. — 7, 26 ܗܝ c. Bodl. 1. 2. Guelf. Mar. Lee; ܠܗܝ Widm. Sch. — 7, 36 ܐܠܐ ܗܘ ܗܘܐ; voluit ܕܗܘ, ut Widm. Mar. Sch.; ܕܐܠܐ Bodl. 1. Lee. — 8, 17 pro lectione ܬܪܝܢ ܐܢܘܢ pugnat c. Bodl. 1. 2. Guelf. Mar., ubi Widm. Sch. Lee ܡܬܚܫܒܝܢ praebent. — 8, 36 ܕܢܬܠ c. Bodl. 1, 2 Mar.; ܡܢܬܠ Widm. Sch. Lee. — 9, 14 ܣܦܪܐ c. Bodl. 1. 2. Guelf. Mar. Lee; ܣܦܪܐ Widm. Sch. — 9, 21 ܗܘ c. Bodl. 1. 2. Widm. Mar. Lee; ܗܘܐ Sch. — 10, 17 ܕܐܪܬ c. Widm. Mar.; ܕܐܪܬ Sch. Lee. — 10, 19 ܕܠܐ ܬܓܢܘܒ c. Widm. Mar. Lee; ܕܠܐ Sch. Mirum, ad mendosum hanc lectionem, quae ex Gutbirii editione originem habuisse videtur, nil annotasse collatores. — 11, 4 ܫܪܝܘ ܠܗ Bodl. 1. 2. Guelf. Mar. Lee; ܫܪܝܘ ܗܘܘ Widm. Schaaf. — 11, 27 in fine addit ܕܟܗܢܐ. — 12, 34 pro ܡܢ ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܐ habet ܐܪܚܩܬ et antea ܡܢ ܡܠܟܘܬܗ; ex parte ita Persa. — Mr. 13, 11 ܡܐ c. Bodl. 1. 2. Mar. Lee; ܡܐܠܝܢ Widm. Sch.; ܗܘ om. c. iisdem; habent Widm. Sch.; deinde cum iisdem ܗܘ, contra ܗܢܐ Widm. Sch. — 14, 56 a pr. m. ܡܣܗܕܝܢ c. Bodl. 2. Widm. Sch., posterior addidit ܗܘܘ c. Bodl. 1. Mar. Lee. — 16, 19 ܡܫܬܪܪܬ c. Bodl. 1. Lee, ܐܫܬܪܪܬ Widm. Mar. Schaaf. — Io. 4, 28 ܐܠܐ ܐܢܫܐ habet c. Bodl. 1. 2. Guelf. Raph. Mar. Lee; om. Widm. Schaaf.

Luc. 6, 44 ܠܐ cum Bodl. 1. 2. Pers. Mar. Lee (Ar. لا تجتنى من الشوك التين); ܠܟܘܬܐ

Widm. Sch. — Luc. 14, 21 ܦܪ̈ܕܝܐ c. Bodl. 1. BH. Widm. Mar., neque c. Sch. Lee ܦܪ̈ܕܝܐ quod quum familiarius sit vocabulum non cum Roedigero *De orig. libror. V. T. hist. interpr.* p. 95 praetulerim. Arabs habet سكك, quo eodem vocabulo ܦܪ̈ܕܝܐ reddit Elias Nisib. ap. Novar. Thes. p. 305. In Nitriensi legitur vocabulum minus usitatum ܫܘ̈ܩܐ. — Luc. 20, 20 pro ܕܪܝܫܐ, quod in omnibus reliquis testibus legitur, puncto superno indicatur c. Widm. et Persa ܕܪܝܫܐ enuntiandum esse. Atque haec ni fallor vera lectio est, quum ܕܪܝܫܐ illud Graeco ἀρχή (quod Lc. 12, 11 redditur ܪ̈ܝܫܐ) non prorsus respondeat et in vulgari lectione ad hanc etiam vocem, id quod linguae leges vetant, referendus esset genetivus ἡγέμονος. Arabs, qui praebet فيسلموه الى السلطان والقاضى idem ante oculos habuisse et verborum ordinem invertisse videri possit; melius autem statuitur, eum ܕܪܝܫܐ (fere ut Nitriensis fecit) omisisse et pro ܕ ante ܗܓܡܘܢܐ legisse ܘ. Frequentissimae harum literarum in codicibus Syriacis permutationis (de qua cf. Roedigervs l. l. p. 43) exempla etiam in nostro non desunt: tali errore Luc. 5, 17 prorsus inepte legitur ܕܐܘܪܫܠܡ et alia exempla infra exhibebo. Eodem modo effectum est, ut apud Lc. 23, 13 in omnibus Simplicis codicibus pro Graecis καὶ τοὺς ἄρχοντας καὶ τὸν λαόν legatur ܘܐܪ̈ܟܘܢܐ ܕܥܡܐ (Ar. وروس الشعب) *et principes populi;* ex origine sine dubio ܘ fuit, uti adhuc in Nitriensi invenitur, etsi haec addat πάντα (τὸν λαόν). — Semel corrector novam, cuius alibi vestigia frustra quaesivi, lectionem induxit Mt. 26, 71: ܠܗܘܢ ܕܬܡܢ ܗܘܘ ܐܦ ܗܢܐ ܥܡ ܝܫܘܥ ܢܨܪܝܐ ܗܘܐ. Eodem modo quae in translatione Arabica prius scripta erant: وقالت لهم (sic) كان هذا ايضا مع يسوع الناصرى ita mutata sunt: وقالت للذين هناك هذا ايضا مع يسوع الناصرى كان. — Tandem observandum est, locos qui aperte depravati ab omnibus testibus exhibentur etiam hic inveniri. Lc. 2, 10 cum reliquis habet ܠܟܠܗ ܥܡܐ, ubi Graecus textus ܠܟܠ ܥܡܐ fuisse iubet (Ar. العالم), Lc. 2, 30 (τὸ σωτήριον) ܚܢܢܟ pro ܚܢܢܟ (لان عينى عاينتا رحمتك). Cf. C. B. Michaelis *De varr. lect. N. T. caute collig.* §. 66. Etiam quod in Widm. Polygl. Lc. 4, 18 legebatur, a recentioribus Schaafio, Leeo, sed non in Mar. emendatum, ܠܡܚܒ̈ܠܐ et ipse praebet, nec aliter legit Arabs: وادى لضعفاء بالمغفرة.

Quibus praemissis de translatione Arabica dicendum est. Eam ex Syriaca Simplici fluxisse omnino dubium esse nequit. Iam primo obtutu id produnt nomina propria, ex quibus, omissis talibus quae etsi ad Syriacum usum formata tamen etiam in aliis versionibus vel libris usitata sunt, ut جاناسر بيت عنيا اورشلم, haec speciminis loco afferam. Mt. 27, 33 ܓܓܘܠܬܐ جاغولتا (apud Ar. Erp. الجلجلة, Ar. Mar. الجلجلة); Mr. 10, 16 طيما بن طيما (etiam contra Graecum); Lc. 8, 41 Ἰάειρος ܝܘܐܪܫ يوارش; 11, 15 بعلزبوب (sic ubique); Io. 2, 1 Κανᾶ قطنا; 3, 23 Αἰνών عين يون; 11, 1 ܠܥܙܪ لاعازار. Dein constanter eas lectiones exprimit quae Simplici propriae sunt; e. gr. omittit Mt. 22, 40 vocabulum ὅλος; 27, 46 verba ἠλί ἠλί κ.τ.λ.; Mr. 1, 29 εὐθύς; 2, 17 εἰς μετάνοιαν; 6, 53 καὶ προςωρμίσθησαν; 6, 56 ἢ ἀγρούς; 9, 27 καὶ ἀνέστη; 10, 6 κτίσεως; 10, 11 ἐπ' αὐτήν; 12, 2

*παρὰ τῶν γεωργῶν*; 12, 3 *λαβόντες*; 12, 23 *ὅταν ἀναστῶσι*; 13, 15 *εἰς τὴν οἰκίαν*; 14, 68 *οὔτε ἐπίσταμαι*; Luc. 6, 1 *δευτεροπρώτῳ*; 9, 26 (cum Nitr.) *αὐτοῦ καὶ*; Io. 1, 42 *ὅ ἐστιν μεθερμ. Χρ.*; 1, 43 *ὅ ἑρμενεύεται Πέτρος*. Addit Mt. 22, 37 *καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ἰσχύι σου* ومن كل قوتك; Mr. 6, 14 ܝܫܘܥ ܗܘ ܡܫܝܚܐ بيسوع; 8, 20 *et dixit eis*; 8, 29 *ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος*; 15, 1 *ἡγέμωνι*; Luc. 5, 20 *τῷ παραλυτικῷ*; 6, 8 (*εἰς τὸ μέσον*) *τῆς συναγώγης* الى وسط الكنيسة; 9, 6 (cum Nitr.) وخرج الرسل وكانوا يطوفون في القرى والمداين; 9, 61 in fine: *et veniam* (cum Nitr.) واتيك; 10, 17 *quos miserat* (cum Nitr.) et *(laetitia) magna*; 19, 33 *ἐργάζεσθαι*; 21, 4 *τοῦ θεοῦ* بيت قربان الله; 21, 8 *ὁ Χριστός*; 21, 11 ܘܣܥܪܐ دعر et: *et tempestates permagnae erunt* ويكون الشتا شديدا quae verba etiam in Nitr., sed paulo aliter inveniuntur; 22, 47 verba ex Matthaeo sumpta, quae etiam Nitr. addit, in fine commatis habet. Io. 3, 27 addit *ex voluntate sui ipsius* ان يوتي نفسه شيا. — In lectionis varietate ubique cum Simplici convenit. Mt. 17, 26 *λέγει αὐτῷ Σίμων* (ita, non *Πέτρος*, ut apud Tischendorfium est, habent Simpl. et Nitr.) قال له شمعون; 21, 41 *κακοὺς κακῶς* Simpl. et Nitr.: *κακῶς κακῶς* باشر الشر; 27, 60 tria ultima verba in omnibus mss. Syriacis teste Barhebraeo (excepto tamen ms. Colon. apud Schaafium) in plurali numero contra Graecum posita et a Graecis verbis paulum declinantia, in plurali habet; Mr. 2, 19 pro sententia *ὅσον κ.τ.λ.* negationem tantum لا praebet. Mr. 3, 11. Simpl.: *et qui habebant plagas spirituum immundorum*: والذين كانت بهم ضروب الارواح النجسة. Mr. 5, 9 *nomen nostrum*; 6, 41 *diviserunt* in num. plur.; 9, 10 in locum desertum *Betsaidae* vel *qui est Betsaida* (contra Nitr.) الى مكان قفر عند بيت صيدا; 9, 12 *discipuli eius* (cum Nitr.) pro *οἱ δώδεκα*; 9, 39 *τρίζει τοὺς ὀδόντας* (contra Nitr.) يحرق اسنانه pro *σπαράσσει αὐτὸν μετ' ἀφροῦ* e Mr. 9, 18; 14, 3 *υἱός*; 21, 24 *in omnes locos* الى كل بلد; 18, 32 eodem modo verborum *καὶ ὑβρισθήσεσθαι* ordo invertitur, quo in Simpl. (non in Nitr.) انه سلم الى الشعوب ويهزون به ويبصقون في وجهه ويعذبونه ويسبونه ويقتلونه ويقوم في اليوم الثالث; 23, 15 *αὐτὸν πρὸς αὐτόν*; 23, 50 vocabula *ἀπὸ Ἀριμ. κ.τ.λ.*, ut iam in Nitr., e commate 51 huc transposita sunt. Luc. 8, 23 pro Graecis *καὶ συνεπληροῦντο καὶ ἐκινδύνευον* legitur وكادت السفينة ان تغرق *et paene mergebatur navis*, prorsus ut in Simpl. Etiam Nitr. alia substituit: *Et implebatur navis eorum per undas et paene mergebatur*. Io. 3, 25 utrobique singularem expressit: فوقعت مشاجرة بين تلميذ ليوحنا وبين رجل من اليهود في الصبغة. Io. 3, 26 *πολλοί* ناس كثير pro *πάντες*.

Idem evincitur, si animadvertas, Arabem, ubi a Graecis verbis paulo recedere videtur, presse Syrum liberius in convertendis vocabulis versatum sequi. Ubi simpliciter est *ὁ κύριος*, apud Arabem est ربنا *dominus noster* ex Syrorum consuetudine de deo semper ܡܪܢ dicentium; pro *σώζειν* redditur احيا *vitae restituere*, quia Syrus constanter hac voce utitur. Talia per totum codicem observare licet. *Κατ' ἰδίαν* Mt. 17, 19, quum Syrus minus apte ܠܒܠܚܘܕܝܗܘܢ habeat, reddit Arabs واقترب التلاميذ الى يسوع وحده; Mt. 24, 3 quum Syro ܒܝܢܝܗܘܢ ܠܗ placuerit, بينهم وبينه. Hic si liberius *ἐκβαλεῖν* Mt. 17, 9 vertit verbo *medendi* ܠܡܐܣܝܘܬܗ, presse sequitur Arabs: وقالوا ما بالنا نحن لم نقدر

على ان نشفيه. Βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως redditur Mt. 24, 15 الاية النجسة ايه الخراب, sed Mr. 13, 14 علامة الخراب النجسة, quia Simplex hic vocabulum *signi* ܐܬܐ addiderat, dum βδέλυγμα Luc. 16, 15, Syro ܛܢܦ praebente, voce خسيس exprimit, eodem fere sensu quo Saadias Hebraeo נבלה substituit خسة Deut. 22, 21. خساسة Gen. 34, 7. — Mr. 4, 29, quum mirum vocabulum παραδοῖ miro ܡܫܡܠ (ܡܫܡܠܐ ὥριμος Jer. 51, 33. Hiob 5, 26. Hex., quod addi potest lexicis) reddat Simplex, habet فاذا سمن الثمر. — Mt. 17, 15 πολλάκις: كثير من مرة يقع في النار وكثير من مرة يقع في الماء: ܣܓܝܐܐ ܙܒܢܝܢ. — Mt. 19, 10, quo loco Simpl. et Nitr. αἰτία de *culpa, reprehensione* ܥܠܬܐ acceperunt (non enim cum Schaafio et Cvretone *negotium* vertendum esse, iam dudum docuit de Diev ad h. l.) habet لوم; verba sunt: ان كان يدخل هذا اللوم بين الرجل وامراته لا ينبغي تزويج امراة راسا. — Mt. 19, 29 Simpl. ἀγροὺς interpretatur ܩܘܪܝܐ, itaque Ar. eadem voce قرية utitur; idem fit Mt. 27, 8 *ager sanguinis* قرية الدم et Lc. 15, 15, quo loco suffixum addit الى قريته *in villam suam*. — Mt. 27, 24 ὄψεσθε ܐܢܬܘܢ ܚܙܘ انتم اعلم. — Mt. 27, 51 ἰδού مكانه ܡܚܕܐ. — Mr. 3, 17 ἐποίησε ܓܒܐ انتخب. — Mr. 5, 35 قوم من منزل رئيس مجمع ܕܒܝܬ ܪܒ ܟܢܘܫܬܐ الكنيسة. — Mr. 6, 1. ἀκολουθεῖν Simpl. *adhaerere* وتلاميذه له ملازمون. — Mr. 6, 21 εὔκαιρος ܝܘܡܐ ܡܥܠܝܐ وكان ذات يوم متعلوم. — Mr. 9, 3 γναφεύς Syr. *homines*: الناس. — Mr. 12, 37 ὁ πολὺς ὄχλος الجمع كله. — Mr. 14, 38 πρόθυμον Simplex duobus vocabulis reddit; respondent duo فاما الروح فراضية مستعدة. — Lc. 1, 39 *fructus qui in ventre tuo est*: الثمرة التي في بطنك. — Lc. 4, 11 ἐπὶ χειρῶν على اذرعهم. — Lc. 5, 10 ἔσῃ ζωγρῶν فانكم من الان تصيدون الناس للحياة. — Luc. 6, 11 ἄνοια Simpl. *invidia* فامتلوا حسدا وغيظا. — Lc. 6, 35 *Ne praecidatis spem eorum* ولا تقطعوا رجاءهم. — Lc. 10, 11 ἀνέδειξε فصل من تلاميذه ܦܪܫ. — Lc. 19, 28 ἐπορεύετο ἔμπροσθεν ܢܦܩ ܠܩܕܡܘܗܝ خرج امامه, quod Syriacae linguae proprium Arabice vix recte intelligi potest. — Lc. 21, 28 ἀνακύπτεσθαι ܐܬܒܝܐܘ تايد. — Lc. 22, 8 ἐᾶτε ἕως τούτου حسبك ذلك *sufficiet tibi hoc*. — 25, 5 ἐπίσχυον جعلوا يصيحون *clamare coeperunt*. — Lc. 23, 17 ἀνάγκη وقد كانت لهم عادة *et erat iis consuetudo*, in quibus *iis* de suo addidit. — Jo. 4, 27 καὶ ἐπὶ τούτῳ فبينما تكلمها. — 7, 45 ἐκεῖνοι الكهنة.

Tandem ut translationis huius a reliquis diversitas et origo Syriaca etiam in ampliori loco perspici possit, priora tertii evangelii commata exhibeo, oppositis tribus aliis conversionibus, ex quibus eadem commata edita habentur, una cum earum quotquot praesto sunt variis lectionibus. Sub eius verbis **A** litera signatis colloco **B** versionem vulgatam, qualis in Bibliis Polyglottis legitur, adiectis lectionibus E. editionis Erpenianae, R. Romanae, M. Maroniticae, V. codicis Vaticani saec. XIII apud Scholzivm *Bibl. Krit. Reise* p. 130 descripti, B cod. Bodlejani Christ. xxxi in catalogo Pvseyi p. 565 et b. Bodlejani xxxii apud eundem p. 566 indicatorum. Sequitur **C** alia, quae reperitur in codd. Bodl. xv apud Nicollvm p. 19 et xxix apud Pvseyvm p. 565, non, uti aliquis ex laudatorum virorum verbis possit efficere, eadem cum Erpeniana, sed prorsus diversa et nova, cuius auctor lectiori studuit orationi. Tandem sub **D** positum

est initium cod. Vaticani a. 383 = Chr. 1005 a. Scholzio l. l. p. 131 exhibitum. Etiam haec est versio a ceteris distincta, quam e Coptica liberius factam esse affirmat; sed quum eum ne pauca quidem quae praeterea attulit verba intellexisse manifestum sit, nec ea ad ferendam sententiam sufficiant, iudicium integrum relinquendum est.

| | | |
|---|---|---|
| 1. | A | من اجل ان كثيروا* ارادوا ان يكتبوا قصص الاشياء التى نحن بها خبيرون |
| | B | لاجل[a] ان كثيرين[b] راموا كتب[c] قصص[d] الامور التى نحن[e] بهاء[e] عارفون[e] |
| | C | لما كان كثيرون قد مارسوا ان يرتبوا وصفا مشتملا على الاشياء المتحققة فينا [1] |
| | D | لما شاء الاكثرون ان ياثروا قصص الامور التى كنا بها عالمون |
| 2. | A | على ما سلم الينا اولائك الذين عاينوا الامر من قبل وخدموا الكلمة |
| | B | كما عهد[f] الينا اولائك[g] الاولون[h] الذين كانوا من[i] قبل[i] معاينين[k] وكانوا[l] خداما[l] للكلمة[m] |
| | C | على حسب ما قلدناه الذين كانوا منذ قديم قد ابصروا[2] بذاتهم الكلمة وخدموه |
| | D | على حسب - الانباء التى ادّاها الينا رواتها من قبل الذين كانوا لها معاينين |
| 3. | A | رايت انا ايضا لانى كنت قريبا من كلهم بحرص ان اكتب اليك |
| | B | رايت[n] انا ايضاه[o] انى كنت تابعا لكل[p] شيء[p] بتحقيق[q] ان اكتب اليك[r] |
| | C | تقرر[3] الراى عندى التابع جملتهم فى اعلى الامر ان اكتب اليك |
| | A | بكل شى متواليا ايها الناصح توفيلا |
| | B | ايها العزيز[s] ثاوفيلا |
| | C | يا ثاوفيلس العزيز وصفا على جهة الاستقصاء متتابعا |
| 4. | A | لتعرف تقدر الكلام الذى به اهتدات** |
| | B | لتعرف[t] حقائق[u] الكلام[v] الذى[w] وعظت[x] به[x] |
| | C | لتعرف الاستيثاق المشتمل على الاقوال التى علمتها |

Explorato translationis fonte in eius indolem inquiri potest. Omnino quidem auctor sobrie ac fideliter exemplum Syriacum Arabice exprimere et verbum verbo reddere studuit, subtiliori tamen, quae tempore hodierno postulari solet, arte et elegantiori scribendi facultate caruit. Non id spectavit, ut eidem vocabulo Syro ubique idem responderet Arabicum. Pro ܒܝܢܘܗܝ ܘܠܗܘܢ (*κατ' ἰδίαν*) habet Mt. 24, 3 بينهم وبينه, Mt. 20, 17 فى خلوة (quo in omnibus his locis utitur versio Arabica vulgata), Mt. 4, 34 اذا خلا بهم;

---

*) sic pro كثيرا vel كثيرين  **) sic.  a) B من اجل etc.  a) B: من اجل V: لما  b) M: كثيرا  c) V: ان يكتبوا ERMb: ترتيب B: ان يرتبوا  d) B: اخبارا عن  e) RB: كلمت فينا  f) B: سلم  g) B om.  h) B: الصفوه RVB om.  i) REVB: منذ البدء  k) R: يبصرون V: مشاهدين  l) B: وخداما MV: وخدام  m) M: الكلمة V: القول  n) B: add. فقد  o) V: لاجل اهتمامى B b: om.  p) M: كل شى B: للكل من  q) Mb: بتثبيت V: بترتيب B: فوق  r) B: بالتحقيق على تلاوة V: كل شى  s) V: السعيد  t) B: لتعلم  u) B: ثبات  v) B: الكلامات  w) BV: التى  x) V: بلغتها
1) XV: عندنا  2) XV: عاينوا  3) XV: فقرروا.

quod idem κατ' ἰδίαν valet Lc. 10, 10 ܘܪܫܡ ܐܢܘܢ ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ bene vertit واخذهم واعتزل بهم. — ܐܬܟܫܠ Mt. 26, 33. Mr. 4, 17. 63. Lc. 7, 23 ei est شك, et Lc. 8, 13. ارتاب. — Pro ἡγέμων variis locis habet عامل، حاكم هيجمان, etiam قاض. — Synagoga modo كنيسة Mr. 1, 21, modo جماعة اليهود Mr. 1, 29 audit. — Varie redduntur ܐܓܪܐ et ܐܫܬܒܩ in locis sibi respondentibus Mr. 2, 4 صعدوا به الى ظهر البيت وكشفوا السقف من حيث كان يسوع صعدوا الى الاجار فدلوه مع سريره من حافة القراميد فدلوا السرير الذى كان فيه المقعد et Lc. 5, 19 حتى وضع امام يسوع. — Voci στάσις quam simplex retinuit respondent Mr. 5, 17 اصحاب الفتنة et الفتنة, in Luca, apud quem illam sequitur verbum *occidendi* 23, 25 القتل والسرق, 23, 19 autem القتل والكفر (sic hic et Jo 5, 13; voluit ni fallor كثرى et formae notionem *concursationis* tribuit alias non traditam). — Alia exempla sunt ܙܩܦ Mr. 9, 14: تدارس, 9, 16: تجادل; ܐܬܕܪܫܘ Lc. 5, 30: رقعة et خرقة; ܠܐܘܪܚܐ ܡܢ ܓܒܐ Luc. 8, 5: على ظهر الطريق, 8, 12: على حافة الطريق; ܚܢܦܬܐ *gentilis* Mr. 7, 26: حنيفية, Jo. 6, 35: الواثنيون; βουλευτής quod Simplex retinuit Mr. 15, 43 ذو مشاورة, Lc. 23, 50 من العظماء. Interdum a proposito suo Syriaca ad verbum exprimendi declinat. Unicum vocabulum passim duobus synonymis reddit. Mt. 22, 40: ܬܠܝܐ (*pendet* lex etc.) بهاتين وصيتين تتم التوراة والانبياء وتثبت. — Mt. 27, 7 ܩܪܝܬܐ ܕܦܚܪܐ حقل جهراء, cuius posterioris vocabuli (Qam: ما استوى من الارض لا شجر فيه ولا اكام) cum priore coniunctio notabilis est. — Mt. 27, 43 *liberet eum* فليخلصه فليفقذه, nisi propter ف posterius potius glossa habenda est. — Lc. 8, 15 ܒܡܣܝܒܪܢܘܬܐ بالصبر والرجاء, quasi *sperandi* vis in verbo solemnis etiam nomini inhaereat. — Lc. 8, 34 ܥܪܩܘ فرقوا وهربوا. — ibid. ܘܐܫܬܥܝܘ اخبروا بما لقوا. — Lc. 8, 45 ܚܝܠܐ القوة والشفاء. — Lc. 16, 1. ܪܒ ܒܝܬܐ خازن رب بيته. — Jo. 5, 27 ܘܕܝܢܐ القضاء والحكومة. — Jo. 5, 45 *accuso vos* استدعى عليكم واشكوكم. Contraria ratio, qua pluribus vocibus una tantum respondet, rarior est, ut Mt. 25, 1 *sponso et sponsae* العروس, quia hoc generis communis est; vix enim hic lectio Graecorum, qui τῆς νύμφης omittunt, quum nusquam in codicibus Simplicis inveniatur, agnosci potest; Mr. 4, 8 *ascendit et crevit:* نبت. Eodem perspicuitatis studio, cui illa debentur, ductus est, si interdum addita vocula sententiam explanat. Mt. 27, 27 *praetorium*, quod vocabulum ex Graeco Simplex retinuit, vertit: الايوان حيث يكون القضاة. — Mr. 6, 52 συνῆκαν ولم يفهموا قوته وقدرته من ذلك الطعام. — Mr. 11, 30 ad orationem commodiorem reddendam praemittit: *an putatis* ارايتم معمودية يوحنا من اين هى من السماء ام من الناس اخبروني. — Lc. 2, 41 addit: *ut adorarent* صعدوا الى العيد كعادتهم ليعبدوا. — Jo. 5, 16 ܗܠܝܢ: الايات *signa.* — Jo. 5, 17 ἐργάζεται ܦܠܚ يعمل هذه الاشياء. Eundem in finem nonnunquam paulo liberius agit. Mr. 8, 21 *usque nunc* بعد; Lc. 15, 25 *vocem cantus multorum* صوت لهو وفرح كثير; Mc. 16, 11 فلما سمعوا انهن يقلن انه انبعث حيا وتراءا لهن فلم يصدقوهن (sic). Pro verbis Lc. 29, 21 ἀλλάγε etc. habet ولهذه الامور كلها ثلثة ايام. Lc. 3, 4, ubi Simpl. et Nitr. ex V. T. exhibent: *et rectas facite in planitie vias domino nostro*, praebet وسهلوا طريقا لالهنا, cum Nitr. consentiens in singulari vocis *viae*, qui etiam in reliquis testibus Syriacis restituendus videtur. Ad eam quoque libertatem pertinet, quod inter-

dum verba minus necessaria omittat vel latius fusa constringat: omisit e. gr. Mt. 27, 47 *stabant*. 48 *ea hora*. 50 *iterum*. 57 *e lino*. Mr. 1, 42 *quid hoc est et*. Luc. 8, 35 ܘܡܨܛܒܥܝܢ. Pro longioribus verbis Mt. 27, 53. *Et corpora multa sanctorum qui dormiebant surrexerunt et egressi sunt* nil habet nisi وخرج كثير من الابرار, Mr. 1, 31 pro ܘܐܚܕܗ ܒܐܝܕܗ ܘܐܩܝܡܗ ܘܐخذ, Mr. 1, 42 longiorem sententiam: *Et ipsa ea hora abiit ab eo lepra eius et mundus factus est* brevissime reddit وذهب عنه البرص.

Quanquam quin auctor in universum Syriaca recte intellexerit et interpretatus sit iam in narratione tam facili, qualis evangeliorum est, per se vix dubium esse possit et totius libri comparatione confirmetur, sunt tamen loci, in quibus minus feliciter versatus sit et aliquid in eius translatione desideretur. Interdum ambiguitas sermonis Syriaci ei fraudem fecit. Usu status emphatici in re indeterminata deceptus ܠܡܕܝܢܬܐ Mr. 1, 45, ubi sine articulo vertendum erat, reddit المدينة, contra Jo. 5, 1, ubi definite dicendum erat, عيد من اعياد اليهود. Voculam ܥܠ Jo. 5, 8 sensu *de* particulae accipiendam vertit على: eum dixisse *contra* deum, hunc sibi patrem esse. Lc. 8, 12 duplici praefixi ܕ significatione implicatus ܕܢܬܒܣܝܡܘܢ ܒܗܘܢ, *ut in iis devertant* vertit *in quibus hospites erant*; الى القرى التى حولنا والمزارع التى كانوا نزولا (نزلا ?) فيها فيجدوا لهم طعاما. Lc. 23, 11 pro voce graecae στρατεύματα respondente ܦܠܚܘܬܐ, cui Arabice respondere possunt tum فارس ut Act. 10, 7, tum عامل ut Rom. 16, 21, male elegit عمال. Haud satis accurate vertit ܬܘܢܐ Mt. 24, 26 البيوت nec bene Io. 3, 25 καθαρισμόν de baptismo الصبغة intellexit; inepte ibidem habet وقال لجميع التلاميذ مثل ذلك *locutus est similia omnibus discipulis*, dum potius discipuli dicendi erant loqui. Neque accurate particulae ܡܢܐ sensum reddit apud Lc. 12, 49: جئت لالقى فى الارض نارا لودت (sic) انها قد اشتعلت منذ حين; in Simplici iam propter sententiae difficultatem eiecta est ܡܢܐ particula respondens Graecae τί, quae in Nitr. adhuc exstat. Vocabulum ܬܦܠܝܢ Mt. 23, 5 pro phylacteriis, in quibus Arabs quoque vulgatus haesit et ipse اردينهم interpretatus, non intellexit atque e sententia respondente effecit يعرضون اطراف البستهم ويطيلون اهداب اردينهم. Neque probanda est interpretatio vocabuli ܪܡܫܐ, quod in lingua Aramaica de ineunte nocte usurpari constat (cf. Michaelis *Introd. in N. T.* (4) I, 148 Adler *Matthaei enunciata e ling. Syr. expl.* 1784. p. 16 Agrellius *de dict. N. Foed.* 1798. p. 35 et *Otiola Syr.* p. 54 Gesenius in *Rosenmulleri Repert.* I. 132 Doepke ad *Mich. chrest.* p. 166 et imprimis loci Barhebraei Chr. p. 540, 20 coll. 541, 2 et pericoparum index apud Adlerum *Verss. Syr.* p. 67 sqq.; de אור apud Hebraeos recentiores Ioel Loewe in *Eichhornii Bibl.* VII. 282 Geiger *ZDMG* XII, 365. XIV, 320). In loco Mt. 28, 1 recte quidem cum Simplici ὀψὲ τῶν σαββάτων (quae dictio ab exegetis etiam iis, qui saniorem interpretandi rationem affectant, ut Fritzschio, de Wettio, Meyero, scilicet ne narrationum evangelicarum inter se pugnantium consensus turbetur, explicatur *post sabbatum, sabbato dudum praeterito*, id quod revera est *camelum deglutire)* vertit: فلما ان كان مساء السبت *quum vespera sabbati adpeteret*; at si pergit لصباح يوم الاحد *tempore matutino diei primi*, parum

de utriusque indicii discrepantia sollicitus, quum vocis ܢܓܗ usum ignorasse non possit, verbis nimium inhaesisse censendus est. Apud Lucam 23, 54 وكان ذلك اليوم جمعة قرب صباح السبت difficultatem addito قرب expediisse videtur; apud Arabes enim talis usus verbi صبح nullum vestigium est nec Barhebraeus quod Syriace dixit *Chr.* p. 479, 18 ܒܠܠܝܐ ܕܢܓܗ ܥܐܕܐ ܕܦܛܪܐ ܕܨܘܡܐ Arabice *Hist. dyn.* p. 451, 7 aliter ac في ليلة عيد الفطر exprimere potuit. Aliis in locis ratiocinatione quadam inductus est, ut verbis Simplicis minus inhaereret. Mr. 1, 43 quum Syriacum ܐܦܩܗ pro ἐξέβαλεν non satis aptum ei videretur substituit واوصاه *et praecepit ei.* Lc. 8, 12 metonymia rei comparatae revera incondita offensus pluralem *quae in via sunt* mutavit in singularem *quod* (semen) *in via est*, mox autem huius rei immemor pergit ليس لهم فيه اصل, dum pro antecedentibus dicendum erat له فيهم. Lc. 9. 38 lectionem vulgarem, quam ante oculos habuit, quum ܕ ante ܝܚܝܕܝܐ positum constructionem turbare recte animadverteret, omissa ܕ emendare sibi visus est: ايها المعلم اسألك ان تعطف على فان لى ابن وحيد, dum revera mendum in voce ܚܠܦ situm est, pro qua cum Nitr. et Gr. ܚܠܐ legatur necesse est. In loco huic respondente Mt. 17, 15 habet يا سيد ارحمني فان ابنا لى يجن. Luc. 19, 4 particulam ܗܟܘܬ *pariter*, *similiter*, quam etiam Nitr. praebet, loco parum congruam vertit *hic* لانه كان مزمعا بالعبور هناك, quod quum satis aptum sit, fieri potest, ut in codice suo ܗܪܟܐ legerit. Io. 1, 18 habet (uti etiam Persa) وحيد الله *unigenitus dei* pro μονογενὴς ϑεός, quod forsan ei durum videbatur; 3, 18, uti par erat, exhibet الوحيد بن الله. Semel codice non bene lecto in errorem ductus videtur; vertit enim Mr. 12, 38. 39. الذين يحبون ان يسمعوا بحسن البزة ويحبون التحية فى الاسواق واعلا المجاليس ورئاسة التكأة فى الاعشية *qui amant celebrari propter pulchritudinem vestium insignium* etc.; simul male omissum est *in synagogis*.

Omnino autem talia quae reprehensioni ansam praebent, rariora sunt et per partem longe maximam officio suo diligenter et iuste functus est, interdum etiam, si sensum in locis, in quibus aliquid difficultatis inest, recte assecutus vel apte lingua Arabica imitatus est, laudandus. Huius quoque rei nonnulla commemoranda sunt exempla. Melius quam recentiores intellexisse videtur verba Mt. 26, 50 ܥܠ ܗܝ ܕܐܬܝܬ, de quorum constructione iudicandum est ex Agrellii *Suppl. synt. Syr.* §. 94 II, dum ait: عليك بما جئت له *aggredere id, ad quod persequendum venisti*, quae ni fallor vera sententia loci ἐφ' ὃ πάρει est, iam ab Euthymio (δι' ὃ παραγέγονας πράττε) indicata et certe recentiorum enarratorum Wineri, de Wettii, aliorum, qui ἐφ' ὃ pro ἐπὶ τί dici potuisse sibi persuadent, praeferenda. Mr. 14, 15 habet تقدمهم quod etsi etiam verbo προσελϑών ab auctore Simplicis lecto et reddito respondeat, tamen proprie lectionem προελϑών, quam sententia flagitat, exprimit. Lc. 5, 36 alterum ܨܪܐ (σχίζει, quod vocabulum interpretibus difficultatem creavit) bene reddit لانه يفسد الثوب الجديد, recte cum Syro loci sententiam perspiciens. Lc. 3, 23 ܐܝܟ ܒܪ ܫܢܝܢ ܬܠܬܝܢ non *quasi*, ut nostrates, reddit,

sed كان من ابناء ثلثين سنة. Subtiliter Mt. 27, 63 simplex *resurgam* circumit: واصنعت اقوم, quasi Pharisaeorum de vera resurrectione dubium describere velit.

Quomodo singula vocabula Syriaca interpres intellexerit vel reddiderit scire interdum aliquid interesse potest, quanquam in evangeliis pauca tantum sint, de quibus non aliunde satis constet. Speciminis loco nonnulla afferam, in quibus vel dubitatum est vel quae alia de causa observatu digna sunt. ܩܠܦܐ Lc. 2, 20 reddit *vas* حامل اناء من ماء. — ܠܥܙ Mr. 4, 29 ܐܬܠܥܙ ܘܫܬܘܩ, cui ex Graeco πεφίμωσο lexica male *obmutescendi* vim tribuunt, vertit كفّ وانتهرت, unde passivus formae VIII usus lexicis addi potest. — ܣܟܬܐ ܕܦܕܢܐ (ἄροτρον) حديد الفدان *ferrum aratri.* Lc. 9, 62. Idem Sir. 38, 26 est حربة الفدان; vulgo dicitur ܣܟܬܐ ܕܦܕܢܐ Geop. 3, 14 et سكة الفدان (*soc.* Boeth.) Cur Syr. minus aptum ܣܟܬܐ addiderit, non liquet nec liquit Persae چوب ايمن *lignum vomeris* danti. — Verbo ܥܫܩ in N. T. semel tantum Lc. 3, 14 lecto pro διασείειν respondet غصب c. acc. *contumelia afficere* vel *percutere*, alteri ܥܫܩ cum illo iuncto افترى c. على *conviciari, calumniari.* Nitr. eorum ordinem invertit, ut ܥܫܩ sit διασείειν et ܥܫܩ συκοφαντεῖν, recte ut videtur, et huic magis convenit Arabis interpretatio, unde Castellus emendandus est; ܐܬܥܫܩ apud Barhebraeum 606, 3 de mutua exprobratione legitur. Radix, quum in reliquis dialectis non adsit, peregrina videtur, sed nescio an de Graeco κατηγορεῖν depravato cogitandum sit, quod etiam in ܩܛܓܪ satis corruptum est. — ܡܣܬܒܪܐ Lc. 9, 12 مزارع. — ܐܚܝܕܐ (Ephr. II. 550 B) Mr. 6, 19 كانت عليه ضاغنة. — ܠܫܢܬܐ ܐܚܪܬܐ Lc. 13, 19 — ita enim vocabulum legit cum Nitr. Polygl. et Guelf. (tacet Iones) pro vulgari ܠܥܬܝܕ et iisdem cum Polygl. vocalibus animatum — prorsus ut Bar Bahlul et interpres Persa accepit de *anno proximo:* فان اخرجت ثمرا والا فاقطعها في السنة المستقبلة. Dictionis, de qua nuper varie disputarunt Cureto a. h. l. Ewaldus, *Jahrb.* IX. 86 Hermansenius l. s. l. p. 23 (Lehir) *Étude sur une ancienne version Syriaque des évang.* Par. 1859 8. p. 11. Roediger ad Gesen. Thes. p. 99, explicatio ab omni parte certa nondum inventa est; nam interrogativum ܡܢ vel ܡܐ non addito ܕ relativi partes explere posse restat demonstrandum. Vocalibus traditis si fides non est, participia passiva formae Pael ܡܢܣܒ Deut. 30, 6 et Aphel ܐܢܣܒ, in quo ܐ difficultatem non affert, visenda existimo. — Verbum ܡܣܟܣܟ, quo Lc. 9, 42 redditur Graecum σπαράσσειν[1]), lexicorum auctores, ex parte studio etymologico seducti ad Chald. עכס *frendere fecit* retulerunt (Fabricius Bo-

---

1) Quam parum in singulis vocibus reddendis hi interpretes sibi constent, eius rei perspicuum exemplum praebet verbum hoc σπαράσσειν, quod in quatuor, in quibus Syrus legit, locis quatuor diversis modis vertitur: ܫܕܐ ܗܘܐ ܡܣܟܣܟ ܫܢܩ, quibus Nitr. in duobus, qui aetatem tulerunt, locis Lc. 9, 39. 42 addit ܫܢܝܗ ܡܣܟܣܟ. Similiter Arabs vulgatus tribus utitur verbis اقلقه لبط صرع.

der., Schindler, Castellus, Schaafius), ex parte iidem (Fabricius, Ferrarius, Castellus) ex hoc tantum loco explicare conati sunt *discerpsit, dilaniavit, vexavit, allisit.* Quaenam stricte et accurate vocis notio habenda sit, etiam ex aliis locis, ex quibus cognitam habeo (Peal: Barh. 370, 10. Ephr. III 206 E; Pael: Ephr. II 485 B. Assem. B. O. II 229, 10) effici non potest, quum in his tantum generalis vexandi et laedendi vis appareat. Ille tamen usus satis illustrari potest comparatis tum مغس vel مغص (Harir. ٥٣, 4), quod ut ܡܥܨܐ medicis *στρόφον, tormina, colicum dolorem* designat cf. Ibn Sînâ I 129 ult. c. Dioscor. I 21. Hippocr. aphor IV, 10 = IV, II gr., tum معس *fricuit;* nam *fricandi* vis in eum, qui se volutat, *convellitur,* transfertur etiam in aliis radicibus, ut ܥܟܟ, مرغ (cf. Schvltens. ad Provv. p. 171), معك, eoque quod huic respondet verbo Syriaco ܡܥܟ apud Castellum desiderato in describendo epileptico inter alia e Lc. 9, 39 sqq. desumpta utitur Ioannes Ephes. p. 177, 19. 178, 5. Arabs vertit ضغط (proprie *pressit* imprimis contra murum; schol. Har. ٣٠٥, 3. ٣٧٧), quod quantopere loco sit accommodatum ex notione substantivi inde derivati ضاغوط *incubus* elucet. Etiam Persa vocabulum summatim tantum reddit عظیم خسته وشکسته کرد. — ܐܓܗ Lc. 6, 12 non vertit, ut vulgo, *pernoctavit,* sed prorsus cum rabbinorum usu (cf. Buxt. s. v. נגה) convenienter استمكث *immoratus est.* — ܡܫܬܪܝܐ Lc. 14, 13 (AA. 14, 7 ضعيف) زمنى *paralytici.* — ܣܢܝܐ, quod Elias Nisib. (Novar. Thes. p. 284), Arabs Erp. AA. 7, 30 (ut Saadiae corrector in Polygl. Ex. 3, 2) عليقة notissimo *rubi* nomine explicant, عناب *zizyphum* esse vult, cuius plantae species eaque in Palaestina etiamnum frequens, apud herbarios nostros *spina Christi* audit. — ܒܗܘ Lc. 12, 19 وتشغلوا هومكم فى ذلك *neque curas vestras in hoc occupatas teneatis.* — ܦܩܐ Mr. 7, 32 اخرس *mutus.* — ܦܪܣܐ Lc. 12, 42 (sine vocalibus, de quibus v. Barhebraeum ap. Iones ad h. l.) الرزق. — Quod addubitavit Michaelis vocabulum ܦܚܚܬܐ pro Graeco *παγίς* positum in verbis Lc. 21, 35 ܐܝܟ ܦܚܚܬܐ ܓܝܪ ܬܪܡܐ, ut cod. Lips. cum omnibus reliquis testibus habet, de *laqueo* intellexit: فان ذلك اليوم كالفخ على اولئك; verbum, quod etiam in Ar. Erp. et Rom. deest, praetermisit. Nitr. cum Heracl. consentit: ܐܝܟ ܦܚܐ[1])

---

1) Quum omnino non verisimile sit eum, qui Simplicem hodiernam adornavit, lectioni Nitriensi obscurius illud vocabulum ܦܚܚܬܐ verbo etiam omisso substituisse, Simplicis lectio antiquior habenda est. Neque hoc solum vestigium est, ex quo effici possit, in codice Nitriensi iam aliquid novatum esse. Ne longus sim in uno acquiescam testimonio. Quod Theophaniae interpres IV. 20, quem evangeliorum codice in multis ad Nitriensem accedente usum fuisse paucis, sed gravibus exemplis ostendit Lehir l. s. l. p. 22 sqq., pro Graeco *ἐκ ταῖς χώραις* Lc. 21, 21 bis posuit rarum in hac potestate vocabulum ܒܦܪ̈ܘܕܘܗ *in suburbanis* (de quo cf. Bernstenivs ZDMG VI. 362 et in Lexico l. Syr.), id primitus in Syrorum translatione fuisse et in codice Nitr., ut in Simplici in usitatius ܒܩܘܪ̈ܝܐ mutatum esse nemini dubium erit consideranti, interpreti, nisi ante oculos habuerit, vocem hanc in mentem venire vix potuisse.

ܬܐܙܠ ܫܡܥ — ܘܩܪ̈ܒܐ πολέμους Mt. 24, 6 reddit هول *terrorem* وانكم ستسمعون بالهول وحروب nisi ἀκοάς liberius exprimere voluit; alibi في الهول ei est ܡܬܡܛܠܝܢ Mr. 6, 48. — ܡܬܡܛܠܐ Mr. 14, 3 حوجلة et mox in eodem commate وعاء. — ܪܘܡܨ (θόρυβος) Mr. 5, 58 مستوحش. — ܡܛܡܐ c. ܠ *aptum esse* Lc. 5, 36 والثوت البالى لا يصلح له الخرقة الجديدة.

Dicendi genere, ut exspectari poterat, utitur vulgari eodem fere, quo et reliquae N. T. translationes, longe tamen meliore, quam e. gr. auctor libri a Fleischero *ZDMG* I 155 sqq. descripti, nostrum aetate fere aequantis, in quo vitae sanctorum satis incompte enarrantur. Quo comparato elucet in sacra scriptura, quae eius erat dignitas, multo maiorem adhibitam fuisse curam et diligentiam quam in libris plebi monasteriorum destinatis, et dum in his ut oratio ultra quotidianam consuetudinem assurgeret nil impulerit, dicendi genus, quo in illa convertenda uterentur, iam satis diversum a loquela tunc vulgari fuisse et pro hominum illorum eruditione sermonis culti et docti vicem praebuisse. Singula recensere non attinet, quum peculiare nihil afferendum sit; eius generis sunt praetermissus interdum in phrasi الى يوم الثالث et similibus articulus, sublatus dualis, quo quidem utitur interpres, sed ita ut ei se non assuetum ostendat, quum oratione procedente pluralem substituat, e. gr. Mt. 28, 8 فذهبتا . . . . فجعلن تجرين لتخبرن; forma مفعول alieno subinde loco subrepens, ut مَلقَى pro مُلقَى Io. 5, 6 مزكَى pro زاكٍ vel زكَى Lc. 8, 8; verbum عسى adversantibus subtilioribus grammaticorum decretis (Alfiyya vs. 165. cf. Ewald Gr. ar. §. 709), sed quasi ex poetarum usu, quocum saepe congruit sermo vulgaris, sine ان (v. infr. Mt. 27, 49), contra كاد cum ان (Lc. 8, 23) positum. Observatu digna sunt nonnulla, quae ad orthographiam spectant. Vocalis *â* in sonum *ê*, quam Arabum grammatici dicunt, *inclinatio* prorsus invaluit, nam ubicunque in Syriacis est ܪܨܐ, Arabice scribitur *â*: بيت فجا ܒܝܬ ܦܓܐ Lc. 19, 20. Inde apparet, Hierosolymorum nomen, quod plerumque اوراشلم, raro اورشلم scribitur, non ܐܘܪܫܠܡ, ut vulgo, sed ܐܘܪܫܠܡ, ut in Ephraemi editione Romana semper legitur, fuisse prolatum. Similiter scribitur Lc. 3, 36 شالم, ubi nostrae editiones ܫܠܡ et Mt. 27, 26 يوسا, pro quo Schaaf et Lee ܝܘܣܐ, Mar. ܝܘܣܝ praebent. Idem fortasse factum est in aliis nominibus, in quibus, quum *alif* Arabica etiam vocalibus ܥܠܡܐ et ܐܡܐ respondet, res non ita in aprico est, ut in عابار Ἔβερ ܥܒܪ; ساروغ Σερούχ ܣܪܘܓ; فالاغ Φαλέκ ܦܠܓ (contra باعاز Βοός ܒܥܙ; ارام Ἀράμ ܐܪܡ et تارح Θάρα ܬܪܚ) Lc. 3, 29 sqq. Pro Graeco Ῥησά habet ريسا, quanquam columna Syr. et editiones ܪܝܣܐ praebeant. Quo cognito etiam ex promiscua formarum quales sunt احداهن et احديهن scriptione nescio an colligere licitum sit, terminationem ى ab auctore non *â*, sed *ê* fuisse enuntiatam. Eum enim efferendi modum, uti ex grammaticis rationibus primarium fuisse probabile est, ita primo post fugam saeculo praevaluisse et postea quoque diutius non abrogatum fuisse certa nobis adsunt indicia et testimonia, quae uberius enarrare huius loci non est.

Unius tantum nondum quantum scio in rem vocati meminisse iuvat, numi dico ab expugnatore Africae cusi et a Savlcyo in lucem prolati (*Journ. Asiat.* 1839, VII, 512), in quo literis Latinis eisque retro versis legitur MVSE F NASIR[1]). In scribenda *â* quam curtam مقصورة dicunt vocali, non observato quod grammatici ا inter et ى statuunt discrimine, praeter particulas et formas, in quibus ut in رأى bis eadem exaranda esset, ubique utitur litera ا; etiam hoc magis antiquitati et mori hominum disciplinae et artis nondum satis peritorum tribuendum, quam ex consuetudine scribarum Aramaica repetendum videtur, quum idem saepe in libris occidentalibus, quibuscum altera haec praeter scripturae genus supra commemoratum cognatio est, et ex parte etiam in orientalibus, in Qurânis (Noeldeke *Gesch. d. Qorans* p. 255), in Hamzae codice Leidano (Gottwaldt II. p. VIII), in Eutychio Pocockii inveniatur. Suffixum etiam non sequente ا interdum plene scriptum est, ut كفيناكمو ما اهمكم Mt. 28, 14, quod fieri vix potuit, nisi integra vocalis prolatio adhuc valeret.

Modo, quo vocabulis Arabicis utitur, interpres quum saepe a norma veteribus linguae magistris probata recedit, tum Syrum hominem prodit. Nescio an non huc referendum sit أجار de *tecto* Lc. 5, 19 dictum, quam G'auhârius Syriae et Hig'âzi incolis propriam agnoscit vocem; certum tamen est, eam apud ipsos Arabes rariorem esse eique in bibliis translatis, etiam ubi ܐܓܪܐ propositum erat, ut Iudd. 16, 27. cf. 1 Sam. 9, 26. 27. 2 Sam. 11, 2; 16, 22 (ψ 129, 6 اجار est in editionibus Iustiniani et Scialacii, اجاجير in malikitica; ψ 102, 8 اجر [sic] apud Scial.), alias praeferri, imprimis سطح pro *tecto*, δῶμα, et سقف pro *contignatione*, στέγη. Dilucidius vocabuli, quod e Syriaca tantum lingua induci potuerit, exemplum invenitur Mr. 9, 14 تدارشوا بهم pro ܕܪܫܝܢ ܥܡܗܘܢ; conferendum est تدارس, quo Actuum interpres Erpen. idem ܕܪܫ expressit, in editione Maronitica in usitatius تجادل mutatum (cf. etiam supra p. 19 v. 11). Codex perspicue ش literam exhibet, sed utrumque a sermone Arabico alienum est nec huius significationis vestigium reperitur nisi forte in voce درشة *altercatio* a Fîrûzâbâdio allata. Difficilior est locus Mr. 12, 42, in quo pro Graecis ἔβαλεν λέπτα δύο ὅ ἐστιν κοδράντης clare scripta exstant فالقت دومسن. Respondet vocabulum punctis destitutum Syriaco ܡܫܡܘܢܐ et in margine a manu posteriore additum est فلسين *obelos duos*, quo idem verbum Lc. 21, 2 a nostro redditum est. In nullam vocem Arabicam quadrant literarum ductus, unde interpres ipse e Syriaca videtur formam ثومنين pro ثمنين, quasi

1) Eodem numo efficitur etiam verum patris nomen, unde apparet vulgarem formam *Mûsâ ben Nuçair* originem debere posterorum consuetudini, nomina propria in formam deminutivam, quam in deliciis habent, deflectendi, qua re factum est ut primaria illa forma ita obsolesceret, ut vix hinc inde eius vestigia apparerent, quale est ex historia anonyma, cuius partem de Valido Anspachivs e codice Leidano LB. 1853 edidit; cf. p. 2. Vero nomine usum invenio Slanivm *Ibn. Khall.* III. 84, qui postea in *hist. Berberorum* ad formam minus iustam rediit.

diceres *octantium duorum*, fabricatus esse, quemadmodum etiam hodie ثمن in Africa septentrionali numum quendam significat (Cherbonneau *Journ. As.* 1849. XIII, 65).[1] Syriaco ܫܠܚ respondet شلح *exuere* Mt. 27, 30, quo vocabulo Savâdensi dialecto a lexicographis addicto etiam Saadias semel utitur Ex. 6, 4. Prorsus ad Syriacam consuetudinem effictam neque Arabicae congruentem particulae امر interpretationem habes in his Lc. 12, 47: ولا يعدّ له مثل هواه *neque ei providet secundum voluntatem eius.* Neque desiderantur vocabula, quibus a muslimorum consuetudine alienis reliqui quoque bibliorum interpretes utuntur. Sic notio biblica *murmurandi* imprimis *contra alqu.* exprimitur voce تذمر Lc. 5, 30, quae saepissime in libris sacris lecta Golio et qui eius scrinia compilarunt lexicographis non ad دمر sed ad ذمر radicem referenda erat; neque autem ista significatio cum ea congruit, quam linguae Arabicae auctores tradunt et usus (cf. Harir. p. ۴۴۸ ed. pr. Antar. Muall. 65) confirmat. Contra non desunt, quae sibi peculiaria habeat. ܢܚܬܐ ܕܙܚܘܪܝܬܐ *vestes coccineae* Lc. 23, 11, quo Simplex (non Nitr.) ἐσθῆτα λαμπράν reddit, quanquam pro eodem Mt. 27, 28 praebeat احمر, ei sunt ثياب عهن. Itaque عهن vocabulum, quod apud Arabes lanam variis coloribus tinctam (Qam.; Zam. Muq. p. ۷۴; Harir. in Sacyi Anth. p. ۳۰; vulgum Ibn Baithar II 223 Sonth. lanam quamcunque ita appellare perhibet) valet, *coccini* significatione a Castello agnita, a reliquis lexicographis repudiata accepit; revera primaria vis in rubedine posita fuisse videtur, cf. عهنة et Zohair. Muall. 12 ibique schol. Calc. Pro δαιμονισθείς ܕܝܘܢܐ quod ad verbum semper reddunt reliqui, Lc. 8, 36 bene utitur voce مصاب *lymphatus* s. *epilepticus* cf. Ibn Hishâm 105, 5 inf., cuius haec significatio lexicis addenda. Tandem vix eget observatione, multa inveniri vocabula imprimis vulgo et Christianis usitata, quorum aut forma aut vis in nostris desideretur lexicis; cuius rei ne longus sim ex capitibus infra exhibendis nonnulla excerpam exempla. خشبة de *cruce* Mt. 27, 40. — ركن x c في rem *agere*, *se immiscere* rei. — أسلّ Io. 5, 3 *phthisicus.* — صبغ VIII *baptisma suscipere* Mr. 1, 9, (idem habet Ar. vulg.) — عانة, quod apud Arabes de onagris tantum dicitur, de *suum grege* Lc. 8, 32. 33. — غور *abyssus* ܬܗܘܡܐ Lc. 8, 31. — مكانه et من مكانه pro ܡܚܕܐ Mt. 27, 51; Mr. 1, 12 (ut على مكانه Act. 16, 10 Erp.) Dictio haec, quae semel Mr. 14, 72 invenitur apud Arab. vulg., qui alias semper للوقت vel من ساعته habet, paulatim in desuetudinem venisse videtur, quum in antiquissimo fragmento Lipsiensi, quod eiusdem translationis esse censeo (non enim maiorem in modum ab eius codicibus, quam inter se hi ipsi, discrepat), legatur Mt. 14, 7 (*ZDMG.* VIII

---

1) Nonnihil negotii facessivit quod idem vocabulum Persa haud infacete دو گلوله ريسمان *duos glomos fili* interpretatus est. Difficultas expeditur, si legit aut legere sibi visus est ܡܫܟܬܐ, cui praeter arctiorem, quam ex Ferrario exhibet Castellus, hanc quoque significationem tribui posse inde colligo, quod etiamnum in Syria شموط, quae vox a genuino sermone aliena et lexicis ignota e Syrorum lingua transiisse videtur, *glomum fili* significat. Cf. Berggren s. v. *peloton* et Germ. de Sil. s. v. *gomitolo.*

584), pro quo ceteri للوقت praebent. — لصّي pro لصّ Mt. 27, 28. 44. — ملاءة de *involucro* Mt. 27, 59. cf. DOZY *Noms des Vêt.* p. 411. LETTE ad Caab. p. 208. — نداوة *humiditas* Lc. 8, 6 nisi scribae mendum sit pro نداوة. Mirum videri potest ad vocabulum tritum جحش pro asello Mr. 11, 4, quod hodie imprimis in Libano vulgare est (BOCTHOR s. v. *Ane*), in margine addi عيرا وتولبا, quasi difficultatem creasset.

Quaestionem de translationis Arabicae origine et historia aggressis primum quidem, quum eius nusquam alibi vestigium exstet atque in ipsa Syrorum ecclesia hucusque praeter vulgatam evangeliorum conversionem quae in usu fuerit nulla reperta sit, suspicio oriri potest, eam in hoc primum codice esse confectam neque amplius propagatam, quae suspicio confirmari videtur, quum sint loci, in quibus Arabs lectiones exprimat in hoc codice Syriaco aut solo aut paucis aliis assentientibus inventas. Mt. 27, 37 in titulo crucis nomen Iesu uterque omittit nec praeter eos ullus alius testis. Mr. 1, 21 a prima manu positum est ܫܒܬܐ et huic respondet يوم السبت; in columna Syriaca postea illud in ܫܒܬܐ lectionem, quam praeter Persam omnes tuentur, mutatum est. Mr. 9, 47 Syriacus textus isque solus praebet ܐܘ pro ܐܘ et Arabs أن; Mr. 11, 27 ille ad vocem *seniores* addit genetivum *populi*, Arabs وكبراء الامة. Mt. 25, 34 codex contra Graecum, sed cum Mar. Pers. addit ܡܢ; Arabs habet قبل نشاءة العالم *ante conditum mundum*, vulgo legitur *inde a condito mundo*. Mt. 26, 1 omittit cum Mar. Pers. ܗܠܝܢ; sequitur Arabs هذا الكلام. Mr. 1, 27 ܥܠ in sing. cum Mar. Guelf. Pers., Ar. دخل, dum reliqui cum testibus Graecis fere omnibus pluralem praebent. Mr. 15, 22 ܓܓܘܠܬܐ c. Lee pro ܓܓܘܠܬܐ, Ar. واتوه به لجلجلة الى مكان يسمى موضع الجمجمة. Lc. 2, 29 Syr. c. Mar. ܫܪܐ ܐܢܬ; reliqui, etiam Lee, imperativum ܫܪܐ ܐܢܬ male quidem propter adiectum pronomen exhibent; at Ar. الان تطلق عبدك ربي ككلمتك بالسلام. Sed hanc sententiam quominus amplectamur plura obstant. Primum enim certa indicia adsunt, quibus efficitur, Arabica transscripta esse ex codice alio. Quod clare apparet in loco Mr. 9, 50, in quo propter homoeoteleuton in columna Syriaca omissa sunt verba καλὸν—ἀρτύσετε. Librarius postquam eorum initium والملح طيب scripsit, animadvertit haec apud Syrum non legi et perrexit ولا يصلح بعضكم بعضا, tum autem mendum esse intelligens, omissa, et maximam quidem partem in margine, addidit وان تفه فيماذا يملح فيكن فيكم ملح. Mr. 15, 2 pro verbis *esne rex Iudaeorum* habet الا ترد الجواب اليهود *nonne reddis responsum? Iudaeorum*; oculis igitur in comma quartum aberravit. Lc. I, 30 prorsus confuse scripsit: واما المعتزلة والكتبة الذى هم اصحاب في مسرة الله ان لم يعتمدوا منه, deinde inter lineas بين et in margine ظلموا انفسهم addidit: apparet legendum esse الذين ظلموا في انفسهم مشية الله. Mt. 17, 15 desunt vocabula κακῶς πάσχει vel ἔχει (non observavit TISCHENDORFIUS Nitr. pro lectione πάσχει, Simpl. pro ἔχει pugnare). Lc. 23, 24 deest vox ὀπτοῦ فاعطاه جزوا من سمك ومن شهد العسل, quod librarii culpa factum esse omissus ante سمك articulus arguit. Io. 2, 6 spatio relicto او ثلثة يسع كل واحد منها scriptum est; omisit igitur vocabulum respondens voci μετρητάς ܡܛܪ̈ܐ, in duali positum,

quod in archetypo legere non potuit. Pertinent huc etiam menda scripturae, qualia sunt Mr. 12, 38 النجبة pro النخبة, Lc. 1, 39 الجليل pro الجبل, 5, 36 الثوب الخلق بدل الدالى الثوب, والثوب البالى 21, 30 بصرت pro نصرت. Deinde multo maior est numerus locorum, in quibus translatio Arabica ab oratione Syriaca qualem codex praebet discrepat, ut appareat eam sine ulla ratione huic habita confectam, imo aliunde petitam esse. Id demonstraturi sequentibus non attendimus ad locos, in quibus a librario peccatum videtur, ut Mr. 1, 10 (deest ἀγαπητός) 1, 20 (deest Ζεβεδαῖος).

Mt. 19, 11 pro ܕܡܢ ܗܘ columnae Syr. et testium aliorum omnium habet عند ذلك, ac si ܗܘܡܢ legisset. — 19, 11, ubi rerum delinquendarum enumeratio in Simpl. (et fere similiter in Nitr.) a Gr. differt, contra Syr. بنين et بيتا locum inter se permutarunt. — 21, 7 Syr. cum reliquis pro Graeco αὐτῶν in singulari posuit *super pullum;* Arabs lectionem Graecam tuetur: عليهما; mox ubi Simpl. ܠܥܠ ܡܢܗ ἐπάνω αὐτοῦ, praebet cum Nitr.: يسوع (sic) عليها وركب. — 26, 29 pro ܕܓܦܬܐ Syr. male habet ܕܟܣܐ *calicis*, Ar.: من ثمرة هذه الكرمة. — 27, 20 Arabs sequitur Widmanstadii lectionem ܢܘܒܕܘܢ ܠܗ, dum Syrus cum reliquis testibus in lectione ܢܘܒܕܘܢܝܗܝ consentit. — 27, 42 Vocem ܕܝܫܘܥ, quam col. Syr. cum Schaafio, Bodl. 2, Pers. habet, recte cum Lee, Mar., Bodl. 1, Guelf. omittit. — 27, 60 Passivum *quod effossum erat* active reddit حفره *quod effoderat*, quae lectio quum etiam a Persa confirmetur et Graeco respondeat, veri simile est eum non ܕܚܦܝܪ sed ܕܚܦܪ legisse. — Mr. 1, 15. Syr. cum omnibus aliis *credite in evangelium*, Ar. *credite in filium hominis.* — 1, 29 Syr. cum Bodl. 2: ܢܦܩܘ ܘܐܬܘ Ar. خرجوا واتوا (Schaaf: ܢܦܩܘ ܘܐܬܘ Lee: ܢܦܩ ܘܐܬܐ). — 3, 11. Syr. dextrae manus mentionem (e Lc. 6, 6) contra omnes testes addit, Arabs: قد يبست يده, cui postera manus ascripsit اليمنى. — 8, 13 Syr. ܐܬܐ cum Gr., Ar. اتوا cum omnibus aliis Simplicis testibus. — 9, 33 Syr. cum reliquis ἦλθον, Ar. cum Pers. فاتى; mox cum Syr. γενόμενοι, ubi Lee, Guelf., Pers. singularem praebent. — 10, 52 cum Lee, Bodl. exprimit ܙܠ ὕπαγε, dum in Syro et reliquis ܣܒ est; sed etiam haec lectio inter lineas scripta addita est ab eadem manu, ita ut nunc oratio ita conformata sit: قال له يسوع اذهب فان ايمانك احياك ابصر في ساعته ابصر واقبل يتبع معه في الطريق, in quibus ultimis verbis etiam continetur lectio ἠκολούθει contra Simpl. — 11, 19 ἐξεπορεύοντο Syr. cum reliquis. Arabs cum Persa singulari utitur. — 14, 1 الفصح والفطير τὸ πάσχα καὶ τὰ ἄζυμα. Omnes Syr. τῶν ἀζύμων; sed quum in veteri scriptura, ut supra observavi (ita noster etiam Lc. 5, 17 male scribit ܕܠܡܐܣܝܘ), ܕ et ܘ inter se facile permutentur, Arabs veram Simplicis lectionem servasse censendus est. Mox 14, 3 pro ܕܡܫܚܐ ܕܢܪܕܝܢ propter eundem errorem habet دهن بان ونردين. — 15, 36 λέγων cum Gr., pluralem cum reliquis omnibus exhibet Syr. — Lc. 8, 21, quo loco columna Syriaca vulgarem textum μήτηρ μου καὶ ἀδελφοί μου οὗτοι εἰσιν, οἱ κ. τ. λ. tuetur, Arabs praebet: من امى ومن اخوتى الذين الخ *quae mater mea et qui fratres mei? ii qui* etc. Lectio maxime memorabilis, quia Marcionis est (cf. Ritschl *D. Evang. Marc.* p. 122). Quum ex interpretis archetypum ubique presse

secuti consuetudine non sit orationem reficere, abest suspicio, eum haec ex respondente apud Matthaeum loco addidisse, sed verba in codice suo Syriaco invenisse censendus est. Recentior manus in margine vulgarem restituit lectionem هاولاء امى واخوتى. — 8, 30 *quia nos, daemonia multa, intravimus*, dum Syr. pro vulgata lectione stat: *quia d. m. intrarunt*. — 9, 48 امر *(talem* puerum), quod Syr. et editiones praebent, omittit cum Bodl. 1., Guelf., Pers. et cum Nitr.: من يقبل هذا الصبى. — 14, 10 post voces ارتفع الى اعلى المجالس additamentum Simplicis, quod neque in Gr. neque in Nitr. est: *et accumbe* non agnoscit. — 19, 3 quod in fine addunt omnes testes, etiam Nitr., *Zachaeus*, apud Arabem non legitur. — 21, 30 omittit ܡܟܡܐ pro priore ἤδη, quod etiam Persa non exprimit, reliqui habent; male hic Tischendorfivs, cui Nitr. pro lectione codicis D citandus erat, id a Syr[sch] abesse tradit. — Io. 1, 46 οἱ προφῆται. Simplicis codices cum nostro omnes: *in prophetis*, sed Arabs et Persa faciunt cum Graecis: الذى ذكره موسى ووصفته الانبياء وجدناه. — Imprimis memorabilis lectio est Lc. 9, 20. Syrus hic cum reliquis *Christus dei* exhibet, Arabice autem est المسيح الله *Christus deus;* eandem lectionem etiam Persa sequitur, praeter quem in sola versione Sahidica reperta est. Corrector autem ut vulgarem restitueret in intervallo literarum الله ا maiore, quale in codice saepe videre licet, addidit ابن, ita ut nunc sit *Christus filius dei*.

Praeter tales locos, qui in quaestione de textus Simplicis indole et historia graves sunt, consideratione digni sunt nonnulli alii lectionibus cum Graeco libro convenientibus insignes, quarum in Simplicis fontibus hucusque collatis nullum vestigium est, sive hoc inde explicandum sit, quod exemplum Syriacum ex quo Arabica deducta sunt magis quam reliqua in his ad Graecum accederet, sive quod alia translatio Arabica ex Graeco confecta auctori vel scripto vel auditu et memoria ita cognita fuerit, ut aliquam in ipsius interpretationem vim exerceret. Omnino enim, quum hoc raro tantum incidat, ipso Graeco evangelio usus fuisse censeri non potest. Dum apud Mr. 14, 32 nomen ܓܕܣܡܢ eodem modo, quo in codice vocalibus animatum est, جدسمون reddit, contra apud Mt. 26, 36 Graecissantem exhibet formam الجتسمانية et accuratiorem quidem ea, quam Arabs vulg. plerumque habet: جسمانية. In eodem Matthaei commate pro ܕܘܟܬܐ praebet مدينة *oppidum*, quod Syriaco non respondet, sed cum ea Graeci χώριον interpretatione convenit, quam defendunt Hieronymus *(villa;* Mr. 14, 32 *praedium)* et Arabs vulgatus plerumque قرية exhibens (apud Mr. in Pol. est حقل, in Erp. et Rom. موضع, quod in his e Syro fluxisse etiam forma جدسامان prope posita arguit); posterior manus correxit موضع. — Mt. 27, 9 adversis omnibus testibus Syriacis exhibet Ἰερεμίου lectionem. Praeterea dum Simplex locum verbis ἔλαβον et ἔδωκαν in primam personam mutatis ad Vetus Testamentum conformavit, cum Graecis pluralem tuetur: اخذوا et فجعلوها, prorsus ut Pol. et Erp. quibuscum facit etiam in verbis sequentibus الذى شارطنى عليه بنو اسرائيل *de quo mihi convenit cum Israelitis*. Contrarium factum est in editione Mar., in quam lectio Syriaca فاخذت et واعطيتها recepta est. Eius generis prae aliis loci etiam orientalibus de utriusque testamenti concordia sollicitis alterius translationis

secundum alteram mutandae ansam dedisse videntur. — Mr. 1, 38 انطلقوا بنا respondet non Syriaco ܗܠܟܘ, sed Graeco ἄγωμεν. — Mr. 9, 16 omnes Simplicis codices lectionem ὅταν ἀναστῇ exprimunt, Arabs alteram τὸ ἀναστῆναι: فحفظوا قوله في انفسهم وجعلوا يأتمرون بينهم ويقولون ما القيام من بين الاموات, quae ultima vocabula cum Ar. vulg. conveniunt. — Mr. 9, 42 pro μύλος ὀνικός, quod in Simpl. est, Arabs habet λίθος μυλικός كان خيرا له لو علقت في عنقه رحا من حجر (Ar. vulg. حجر رحى). — Lc. 17, 23 pro vulgari lectione μὴ ἀπέλθητε (omisso μηδὲ διώξητε), quae nunc in columna Syriaca a manu posteriore pro verbis erasis scripta legitur, olim fuisse videtur ܬܗܝܡܢܘܢ . . . . . quod in perpaucis Graecis testibus (πιστεύετε, πιστεύσητε) reperitur. Respondet tamen etiam Arabs, qui فلا تؤامنوا (leg. تؤمنوا) habet. — Lc. 21, 26 Simpl. (et iam Nitr.) vocabulum καὶ σάλου ex commate 25 extremo huc transpositum cum sequentibus coniunxit. Arabs omissa voce ܙܘܥܐ ad Graecum textum redit: وتخرج انفس الناس من مخافة ما هوات على الارض, in quibus prima quidem vox تخرج cum Ar. vulg. consentit, sed reliquae prorsus diversae sunt. — Io. 6, 45 cum Persa contra omnes alios (etiam Nitr.) habet pluralem في الانبياء, uti in Graecis est.

Si igitur codex interpretis manu scriptus haberi nequit, imo sat multa iam mutatae et retractatae orationis vestigia praebet, translatio ipsa anteriori tempori assignanda est. Per se quidem veri simile videtur, conata N. T. Arabice interpretandi haud nimis sero incepisse, atque semel saltem evangelia e Simplici conversa fuisse ante epistolarum interpretationem, cuius antiquissimus codex ex Tischendorfiano Petropolitanus annum H. 279, Chr. 892 prae se fert, dubium esse omnino non potest. Neque tamen iste codex Petropolitanus primariam versionis formam sistit, sed, quod codicis Vaticani supra p. 1 commemorati, similibus sed non iisdem glossis luxuriantibus referti, comparatio demonstrat, interpolatam et auctam, a pristina quam pro more veterum interpretum supponere licet simplicitate et castitate alienam. Quum igitur Syros de transferendis epistolis non ante conversa evangelia cogitasse a fide abhorreat, eam evangeliorum interpretationem, quae epistolas Petropolitanas praecesserit, ipsam hanc de qua agimus esse conjectura, quamdiu alius vetustioris vestigium non reperiatur, maxime probabilis est. Quibus perpensis, eam non post a. H. 250, Chr. 850 confectam existimo.

In definiendo autem tempore, ante quod exstitisse censenda non est, primum quaerat aliquis, num eam aetati quae Muhammadem antecessit liceat assignare. Iam tunc libros sacros Arabice conversos esse fuerunt qui assererent, cuius sententiae etiam nuperrime vindex exorsus est Cl. Sprengervs.[1]) Sed hoc saltem tuto negari potest, Novi

---

1) *Life of Moh.* p. 100; *Leben des Moh.* I, 132. Quae recte obiecit Cl. Noeldekivs *Gesch. des Qor.* p. 6., non repeto, unum tamen ad rem meam propius pertinens addo. Loco Io. 15, 23—16, 1 ab Ibn Ishâqo p. 10 Arabice allato, qui propter plura vocabula Aramaica translatus esse videri possit ex versione aliqua Syriaca a Simplici et Heracleensi diversa, quam tamen fuisse fidenter nego, Sprengervs usus est ad fulciendam

Testamenti translationem Arabicam innotuisse vel Muhammadi vel iis quibus suam quantulamcunque doctrinae Christianae cognitionem debuit, vel denique deserti incolis. Aliter quidem fortasse res se habere potuit in regno Ghassanidarum, in quo non eadem atque in desertis barbaries sola vigebat, sed princeps et populus, quum dissidiis monophysiticis magnopere affecti acriter pro altera utra parte dimicarent (Io. Eph. IV, 22. 36 cet.), haud minimo religionis studio tenebantur, in quo praeterea monasteria haud pauca condita sunt et Arabica lingua poetarumque Arabicorum ars floruit. (Kit. alaghânî ap. Kosegarten Chr. ar. p. 135 et Sacy Chr. II, 416; Ibn Qutaiba p. ٣١٥). Unde non ab omni probabilitate abhorret, eo terrarum esse potuisse qui Syriaco sermone non contenti libris sacris Arabice reddendis operam darent; etiamsi talis incepti nullum hucusque cognitum sit vestigium.

Utut haec sunt, eam, de qua disputamus, translationem post Muhammadis tempora confectam esse, paucis quidem sed certis indiciis demonstrari potest; utitur enim vocabulis, quae muslimorum consuetudini originem debent. Dies Veneris ܥܪܘܒܬܐ appellatur *dies congregationis* Lc. 23, 54 وكان ذلك اليوم يوم الجمعة: Mt. 27, 63; Mr. 15, 42,

---

suam opinionem, quod fieri si posset, conclusio non de Muhammadis, sed de Ibn Ishâqi tempore valeret, qui suo nomine locum historiae intexuit. Sed locus certissima ipse praebet indicia quibus efficitur eum non ex integra aliqua scriptaque translatione sumptum, sed ore traditum esse. Nemo Christianus *patris* nomen voce الرب reddidisset (ex Syriaco etiam solum ربنا exspectares) et maxime huc facit vox منحمنا, quae ea quam hic habet significatione patribus consueta *consolatoris* neque Arabica neque Syriaca est, sed Chaldaica et ab homine profecta in regionibus, in quibus sermo Iudaeorum Chaldaicus vigebat, degente. Itaque non inanis erit coniectura Ibn Ishâqum loci notabilis rationem Bagdâdi e doctiore aliquo Iudaeo Graeci sermonis non imperito, quales inter medicos fuisse probabile est, percontatum fuisse. Neque concedi potest, quod e voce مجانا colligit V. Cl., fuisse aliquam veterem Christianorum ante Muhammadem dialectum, ex qua hoc verbum *apud scriptores Arabes inusitatum* praeter alia in recentioribus versionibus servata originem duxerit. Nam verbum quidem a scriptorum usu non exulare testantur G'auhârius et Fîrûzâbâdius, qui lexica sua ad literarum monumenta concinnarunt, ipsique, in quibus legitur, loci ut Har. ١٧٥, 8 ed. prior. Zamakhsh. Navâb. 166; vel hodie eius usus late patet, quum omnes vulgaris loquelae auctores id exhibeant, cf. Germ. de Sil., Bocthor, Berggren, Cañes s. v. *gratis* etc. Dicendum potius erat, vocem e consuetudine Aramaice loquentium in Arabicam linguam post Syriae expugnationem transiisse; utuntur ea non solum Christiani bibliorum interpretes, sed etiam Iudaei Chaldaico sermoni assueti, Saadias, Abu Saîd Gen. 29, 15 Ex. 21, 2. 11. Ies. 52, 3. 5., atque ita factum est, ut recentior Ibn Ishâqi scholiasta ad eam explicandum uti non potuerit versu vel proverbio, sed libro apocrypho الكنيسة (eodem fortasse, cuius fragmentum in opusculo, quod a Christianis tractatum esse constat, Sindbâdi dico Itineribus servatum est p. ٨ *Langl.*, II, ٤, 21 *Bul.*, III, ٣٧٧ *Hab.* cf. etiam Assem. B. O. III, 1, 6.), cui ut antiquiorem quam reliquis bibliorum translationibus originem tribuamus nulla inducimur causa.

quod nomen ei a Muhammade inditum esse tum res ipsa flagitat, tum diserta Arabum testimonia confirmant nomen apud ethnicos عروبة fuisse perhibentium. Cf. Zam. et Baidh. ad Sur. 62, 9 et versus ex Bîrûnio citatos apud Mahmudum Effendi *Journ. Asiat.* 1858, XI, 191 Golium ad Alfrag. p. 15 Pocock. Spec. p. 318; nec in altera de veteribus dierum nominibus relatione e Iûniso Mâlikita saeculi octavi scriptore (Flvegel ad Hag. Kh. VII, 864) apud Casirium I 156 adhibita invenitur جمعة. Quod enim ab aliis memoriae proditum apud Zam. et Baidh. legitur, aliquot saeculis ante iam Kaʿbum ben Luayy, Muhammadis avum, propter comitia ea die geri solita nomen invenisse, factitium est et ortum ex studio remotam institutorum religiosorum originem ementiendi non solis muslimis peculiari, nec si rei fides habenda esset, talis loquendi formula ultra Meccanos fines pertinuisset. Eodem argumento de translatione vulgata olim nescio quem iam usum fuisse apparet ex I. D. Michaelis *Einleit. in das N. T.* (4) I 451, qui frustra id interpolationis praescriptione tollere voluit. Aliud indicium praebent verba Io. 5, 24 apud Syrum simpliciter dicta *et in iudicium non venit* hic reddita ولا يحشر الى العقاب quae dictio repeti non potest nisi a solemni Muhammadis حُشر الى النار Sur. 41, 18 حشر الى جهنم Sur. 3, 10. 8, 37 cet. et interpreti satis familiarem fuisse orationem qurânicam docet. Accedit tertium exemplum ad aetatem accuratius definiendam etiam magis aptum. Pharisaeorum nomen redditur المعتزلة vel المعتزلون Mt. 22, 41. Mr. 2, 16. 18. 10, 2. Lc. 5, 32. 7, 30. 11, 37. 14, 1. 18, 10. 11. (interdum الاحبار Mt. 23, 23. 26. 27, 41. Io. 3, 1. 4, 1. 7, 32 Phil. 3, 5 Erp. Mar. الاشياخ Mt. 27, 62). Orta est haec interpretatio ex nimia potestatis, quam Syriaca vox ܦܪܝܫܐ habet (cf. ܦܪܝܫ Gal. 2, 12. ܐܬܦܪܫܘ 2 Cor. 6, 17 = اعتزل Erp.), observatione, dum qui e Graeco fonte hauserunt etymi minus gnari Graecam formam الفريسيون retinebant, quae in Ar. vulg. ubique legitur et etiam in Acta Erp. irrepsit. Illa per Syriacae linguae ditionem manebat eaque utuntur e. gr. Persa et Abulfaragius Hist. dyn. p. 116 al.; utraque cognita est Scalae Copticae a Kirchero *Ling. Aeg. restit.* editae p. 81 et Maqrîzio (Sacy *Chr.* I. ١٠٥. ١١٤)[1]. Interpretes sectarum,

---

1) Iam ex hoc vocabuli usu efficitur formam pro participio activi habendam ideoque *muʿtazil* veram locutionem esse; nemo enim infitiabitur, in Pharisaeos nomen *expulsorum* nulla specie quadrare eosque etiam ex mente Syrorum Arabice loquentium nonnisi tanquam qui se ipsos distinguerent et a vulgo separarent, ita designari potuisse. Non abs re videtur hoc loco litis meminisse ante aliquot lustra in Weilivm virum doctum a viro lepido Fallmerayero de ista voce illatae. Ille *mutazal* scripserat, ut antiquioribus plerisque, Pocockio, Hottingero, Reiskio, Sacyo, Quatremerio in more erat, quibus etiam nuperrime non defuerunt qui accederent ut Mvnkivs Maimon. *Guide.* I. 337 et Lees in praefatione editionis Zamakhsharii, dum apud alios plurimos, interquos *Slanevm* nominasse sufficiat, *mutazil* legi hodie soleat. Ita enunciandum esse, Fîrûzâbâdio auctore nisus adversus illum contendit *Fallmerayervs, Münch. Gel. Anz.* 1845. XX, 918), recte quidem, sed dum adderet, *mutazal* utpote passivum vocabulum proprie vertendum esse: »*ein Abgeführter oder am Ende gar ein mit gewissen lästigen Nothwendigkeiten Be-*

quae suo tempore erant, nomina quaesivisse et quemadmodum Sadducaeos زنادقة (ita in omnibus qui in codice supersunt locis Mr. 12, 18. Lc. 20, 27; similiter Ar. vulg. et re-

---

*hafteter«* (in quibus verbis quid inesse voluerit scurrilitatis ego me non attingere lubens fateor) minus idoneum se sistens iudicem. Rem suam ut defenderet Weilius (*Gesch. d. Khal.* 1846. I, 193 et *Heidelb. Jahrbb.* 1853 p. 114) ad certa quae viderentur historicorum Arabum verba provocavit suaeque deinde argumentationis defensorem nactus est Cl. Dozyum (Cat. mss. or. LB. 1851. I, 16). Contra quantum scio hucusque nemo dixit, sed res non potest quin post suffragium hoc virorum eruditissimorum aliquando retractetur. Quaestio tum ex Arabum ipsorum testimoniis vel locis, tum ex grammatica vocabuli ratione diiudicanda est. Illorum tria genera esse possunt, loci, qui patiendi notionem necessario flagitant, qui pro activi forma pugnant et qui per se spectati dubii sunt atque utramque permittunt. Primi generis nullus est; ad secundum pertinent lexicographorum ut Fîrûzâbâdii praecepta, quae solam formam *mutazil* agnoscunt, et loci sat multi, in quibus scriptores ipsi quid sentirent addito verbo satis significarunt. Nomen, quod Alii adversariis Abulfida l. l. tribuit, idem esse atque theologorum, qui contra Hasanum disputaverunt, negari non poterit; at hoc ipse ita explicat, ut modo activo enuntiandum sit: لاعتزالهم بيعة علي, id quod et ipse Weilius l. l. agnoscit. Sed prorsus eadem ratione de theologis Sakhâvius in libro ارشاد القاصد a Sprengero in bibliotheca Indica *(Arabic Bibliography)* edito, p. ۴٥ ait سموا بذلك لاعتزالهم الحسن البصري: *nominati sunt, quia ipsi se seiunxerunt ab Hasano.* Shahrastânius p. ۳۳ de Vâçilo narrat: ثم قام واعتزل الى اسطوانة من اسطوانات المسجد يقرر ما اجاب به على جماعة من اصحاب الحسن. *Tum surrexit et secessit ad porticum alium templi, amplius quae responderat confirmans coram multis Hasani discipulis.* Vox si passive enuntianda esset, expectares, eam alteri fuisse praemissam: *Tunc abire iussus surrexit,* neque omnino cum الى اسطوانة et يقرر apte coniungi potuisset. Idem p. ۱۷ habet: واعتزل واصل عنهم وعن استاذه بالقول الخ فسمى هو واصحابه معتزلة *Vâçil dissensit a Vaîditis, Murg'itis, Qadaritis et ab Hasano magistro suo doctrina* etc. *ideoque nominati sunt.* Apparet hic intelligi non posse, Vâçilum a Vaîditis reliquis expulsum fuisse, quum nunquam ad eos pertinuerit. In verbis Maqrîzii *(Khitat* II, ۳۴٥, 2 inf.) كان اعتزاله يدور على اربع قواعد هى نفى الصفات والقول بالقدر الخ: *dissensus eius circa quatuor placita versabatur, negationem attributorum* etc. nomen actionis passivo sensu positum esse omnino nequit; sin autem pergit, Hasanum, postquam hoc ei relatum esset, dixisse هؤلاء اعتزلوا atque inde nomen المعتزلة originem duxisse, sequitur etiam haec vocabula ad activum referenda esse. Nec minus id confirmatur verbis proximis, quibus aliam de appellationis ortu opinionem commemorat, Amrum ben Ubaid se a Qatâda, Hasani in cathedra successore, disiunxisse, ubi diserte activo utitur اعتزله. Evidens est, omnes hos ita scribere non potuisse, nisi *mutazil* enuntiari voluerint. Idem valet de Qazvînio in *Libro mirabilium* p. ۳٦۸ de daemonibus loquente, apud quem معتزلة coniunctum est cum activo مردة. Ad tertium tandem genus eos refero locos, in quibus, quum scriptor nil addiderit, ambiguum esse posset, quid ipse voluerit, si solos hos cognitos haberemus. Tales sunt apud Ibn Khallikânum ٥۳٥, 12 et ٥٦٧, inf. *Slane* vel in libro Mavâqif ۳۳۴ *Soer.*, quanquam in hoc sen-

liqui Arabes Christiani) nominarunt propter soni similitudinem, etsi ad rem parum accommodate, ita المعتزلة elegisse apparet, ut nomen sectae tunc temporis pervulgatae.

---

tentiarum ordo et in utroque aliorum auctorum eadem dilucidius exhibentium collatio facile dubitationem tollit. Huc pertinere damus verba quae Cl. Weilius urget apud Ibn Khallikânum IX 132 *Wüst.* et Abulmahâsinum I. 348 lecta: وطرده الحسن عن مجلسه فاعتزل عنه quae concinnius vult intelligi *Et expulit eum Hasan e coetu suo atque ita ab eo segregatus est,* quam si dicatur *atque ita ipse se ab eo segregavit.* Atqui etiam posterior sententia aptissima est, ita ut alter discipulum abire iussisse, alter se non subiecisse, sed sua sponte ab illius consortio recessisse narretur. Sed utrum cum scriptorum sententia conveniat ipsi satis indicarunt. Abulmahâsin enim, dum coniungit المعتزلة والخوارج, etiam illud non potest quin pro nomine agentis habuerit, et deinde quasi ne lectorem in dubitatione relinquat pergit de Vâçilo et Amro expresse verbo agentis uti: واعتزلا مجلس الحسن. Ibn Khallikân autem sua se afferre profitetur ex Alsamʿânii de nominibus relativis libro, in cuius epitome diserte exstat معتزل p. 248 *Veth.* Itaque constat Arabes ipsos pro sola *mutazil* forma stare; quominus autem contendatur, eos omnes verae originis oblitos errasse et Vâçili asseclas olim contumeliae causa dictos fuisse *reiectos ab orthodoxis et abactos* (*die* [*von den Orthodoxen*] *Verstossenen*), impedit, quod معتزل ex linguae legibus *reiectum* sonare omnino non potest. Quod ut intelligatur, verbi significationem et usum demonstrare oportet. Radicis vis primaria est *in latus movendi,* unde verbo نحى vel نحى الى جانب a scholiastis explicatur Ham. 762, v. 3. 173 v. 1 Togr. 31 *Sloot* vel cum eo coniungitur Ham. 351, 13. 15. cf. اعزل de equo os caudae versus alterum latus inflexum habente Amrulq. Muall. 58. In prima forma tum intransitiva vis valet, tum transitiva, illa tamen rarior est et lexicis ignota. Cuius exempla praebent Masûdius apud Schultens Hist. Ioct. 168, 12 نرجع الى ما عزلنا عنه *redimus ad id, de quo defleximus* et Harir. ٣١٢, 2 ed. pr. عزْل *desistere.* Huius exempla sunt: *c. a. r: loco disiungere, separatum collocare* Ibn. Khall. ١٧٤, 13 *Slane.* Abulfarag. 443, 13; *c. a. et* عن غيرهم id. 519, 15. *c.* من *r. segregare, prohibere* Sur. 26, 212; *(feminam) repudiare* Sur. 33, 51; tandem *imperio vel munere removere, destituere,* qui usus frequentior est, quam ut testibus opus sit. Inde significatione reflexiva sive media derivatur stirps octava cum septima, quae idem valent et inter se permutantur: *se loco disiunctum collocare* Abulfar. 443, 12 addito معزل, ita ut fere passivum sit primae formae modo ex eodem loco commemoratae (ita VII. Abulfar. 538, 12; de aquatilibus lactis partibus [المائية quod adde lexicis] fervendo se separantibus Ibn Sina II. 37, 11; 217, 14; discrimen tamen egregie illustrat Mâvardius, apud quem p. ١١٩, ult. ١٢٨, 7 عُزِل est *munere destitutus est,* اعتزل *se abdicavit,* انعزل *fungi desiit desinente propter mortem mandantis mandato);* عن الحلة *e castris seorsim recedere* Abulfar. 31, 5 e Num. 12, 13 secundum Syrum (ܦܠܓ) vel Graecum. Plerumque accedit notio *abstinendi* a re, vel *renuntiandi* alicui vel eius consortio. Coniungitur primum cum praepositionibus: عن الامر Maqrîzi II, ٣٧, 5 *Bul.;* عن القوم *tribui non opitulari, sed adversariis favere* Azraqi ٩٣, 14; c. من بين Ibn Hishâm ٧٩٧, 15; tum et frequentius quidem *c. a. r.* vel. *p.* Saepe ita legitur de iis, qui pugna abstinent, ut in nar-

Inter duas autem quas prae aliis eo insignitas fuisse constat factiones, alteram eorum qui Alium successorem creatum recusarunt (Abulfida A. M. I. 282), alteram philosophorum notissimorum, quos propter Vâçili (mort. a. 131) e coetu Hasani Baçrensis (mort. a. 110) secessionem appellatos ferunt, dubium esse nequit, quin non illa, quae ad tempus tantum vigebat, sed haec celebrior et diuturna imitationi ansam dederit, unde efficitur, interpretem non ante latius diffusae et in vulgus notae Mutazilorum scholae tempus vixisse. Quod si sub Vâçili obitum atque ita anno fere Chr. 750 factum esse statuimus et recte supra observatum est, ultra a. 850 progredi non licere, iam satis arcte inter hos limites circumscripta est interpretis aetas.

Aliunde huius translationis vestigia cognita non sunt neque quae apud scriptores de evangeliis e Syriaco Arabice redditis legimus in eam quadrant. Tradit Barhebraeus auctore Assemano B. O. II. 335, Ioannem, qui sedem monophysitarum patriarchalem ab a. Chr. 631 usque ad a. 640 occupavit *iubente Amro Saadi filio Arabum dynasta*

---

ratione de Hâritho ben Ubâd, cum لِلْحَرْبَ Ham. ٢٥١, 13. Ibn Nubât. ap. Rasmussen Add. ١٢, 15. Ibn Badr. ١١٢, 4. Albakri ap. Wüstenf. ad Reiskii Hist. regn. Ar. 196, 3 (similiter Ibn Badr. ١٥٢, 14. 15 الفتن Navav. ٢٧٩, 10), *cum acc. hostis* Ham. ٢٥١, 22 (Sur. 4, 92. 93), *cum acc. amicorum* Ham. ibid. Ibn Nubât. ١٢, 18, unde significat eum qui in neutris partibus est: معتزل للفريقين Ibn Ṭiqṭaq. ١٢٨, 1 للحرب Ham. ٢٥١, 22. Tum de aliis rebus: *mulieribus abstinere* Sur. 2, 222. Ibn Batûta II. 249 (c. عن deserere mulierem Num. 12, 1. Pol. in additamento Saadiae), *idolis renuntiare* Sur. 18, 15. 49. 50 *aliquem relinquere* Ibn Hish. ٢٩١, 12 اعتزلْ الشرَّ يعتزلك الشرُّ Gol. Sent. in Erp. Gr. p. 270. n. 140. Tandem omisso obiecto: Azraqi ٤٩, 12, *pugna desistere* Vâqidi ed. Kremer ٢٧١, 3 inf.; imprimis *in solitudinem se recipere, mundo se abdicare* Togr. 31; Abulfar. 251, 16; Eutych. II. 285, 5; Kosegarten Chr. 147, 1, sicuti عُزْلة significat vitam solitariam Ar. Pr. III. n. 2013. Ibn Tufail 177, 15 (= انفراد) 181, 3 (عن الناس) 193, 9. Ubivis igitur significat *se ab alio removere*, neque *alium removere a se*, unde significationi *reiiciendi et abigendi* omnino locus non est. Sed gravior accedit causa, cur معتزَل non liceat *reiectum* interpretari. Quum forma اعتزل sit reflexiva neque intersit utrum cum praepositione عن an cum accusativo componatur, passivo personali vel subiecto in passiva voce definito uti nequit (Ewald Gr. ar. §. 547. Fleischer de restituendis apud Abulmahâsinum versibus p. 98). Quemadmodum igitur e. gr. verbi اعتمد عليه vel اعتمده *se in aliquid acclinavit, fidit alicui* participium passivum معتمَد non significat *acclinatum*, sed eum *in quem acclinatur, cui fidi potest*, Vit. Tim. ٨٣, 5 *Calc.* I. 260 *Mang.*) vel quemadmodum a verbo اقتدى به s. اقتداه *se ad normam* (قدوة) *alicuius conformavit* derivatum مقتدًى, quod ex cognominibus Muhammadis est, non *conformatum* valet, sed *eum ad cuius normam aliquis se conformat, imitatione dignum*: ita quum idem sit اعتزَل عنه et اعتزله, ergo أُعْتُزِل aequet أُعْتُزِل عنه *discessum est ab eo*, etiam المعتزَل nil potest esse nisi المعتزل عنه = الذى اعتُزل عنه *is abs quo disceditur*. Igitur in exemplo, de quo sermo est, *mutazal* neminem designare poterat, nisi Hasanum, non autem illos, qui ab eo vel a vulgari doctrina desciverunt.

*evangelium e Syriaco in Arabicum sermonem interpretatum esse.* Barhebraei viri rerum ecclesiae suae peritissimi testimonium spernere vix licet; sed quisnam Arabs ille operis patronus fuerit abstrusum est. Assemanus quidem alio loco III, 2, 599 loquitur de *Hamro, qui Kabo praecessit, Arabum dynasta c. a.* 640 atque laudato Abulfida intelligit Amrum III Hirae regulum, cui successit Qâbûs (cf. Abulf. Hist. anteisl. 126. Hamza I, ١٠٩) ab aliis Arabibus ignoratus (Cavssin *Hist. d.* Ar. II 128), sed Ioannis Ephes. VI, 3 Barhebraei p. 90 Menandri p. 295 *Bonn.* testimoniis confirmatus; at perperam, quum is, qui praeterea Christianis hostis erat, iam a. 574 occisus est nec Saadi filius fuit. Circiter a. 640 qui in censum venire possit neminem novi praeter Amrum (quem minus bene Umarum nonnulli dicunt) ben Sa'd ben Abilvaqqâç caede Husaini famosum (Ibn Badr. 163. Ibn Qut. 126), sed vix probabile est hominem bellica tantum laude insignem medias inter illius temporis pugnas et turbas Christianorum evangelium curasse. Sed utut haec sunt, si recte de Mutazilorum mentione disputavi, ista interpretatio a nostra prorsus diversa fuit.

Eodem fere tempore, quo codicem exaratum fuisse coniecimus, Abulfaragius Abdalla Ben Altib Nestorianus bibliorum e Syriacis versionem confecit suis ad utrumque testamentum commentariis insertam. Ita si recte intelliguntur docent nos quae Assemanus congessit BO. III, 1, 544 sqq. et praefatio codicis Parisini apud Schnurrerum *Diss.* p. 203. De evangelio saltem Matthaei hoc certum est, de quo e codice Lugdunensi, mutilo tamen et capita tantum I—IX et XXVII, 54—XXVIII continente retulit Storrivs *Diss. de ev. Ar.* 1775 p. 26. Oriri igitur potest suspicio, illum vel auctorem esse versionis, qualem exhibet codex Lipsiensis, vel quum secundum Barhebraeum Syriacae linguae haud omnino peritus fuerit, in commentarium suum hanc recepisse. Ad rem decidendam non sufficiunt loci a Storrio allati, quum capita novem priora a codice exulent et pauci tantum illi, qui ex ultimo sunt capite, comparari possint, et ipsi non omnes apti, quum interdum eodem modo a pluribus reddi possent vel deberent. Quibus neglectis tres tantum restant, quorum unus (p. 46) 27, 54 consensum haud levem ostendit; verba enim *cum eo*, quae ab Abulfaragio omissa esse dicit, etiam in codice desunt. At reliqui duo diversi sunt. Vocem ܕܢܓܗ 28, 1 Abulfaragius reddidit sententia relativa ab التى incipiente (p. 27) et ad عشية ut videtur referenda; in codice est لصباح; 28, 5 ille habet *et dixit angelus* (p. 46) omisso *respondit*, quod non abest a codice. Itaque in his nihil est, quo adducamur ut aliquam inter utrumque necessitudinem statuamus.

Alius versionis vestigia servavit codex Vindobonensis Arabem vulgatum continens et a Kirstenio in *Notis ad Matth.* 1611 et Storrio l. l. p. 17 sqq. descriptus. In eius enim margine fragmenta leguntur ex exemplari Syriaco سرياني petita, quae, quum revera Simplici respondeant, ad versionem ex Simplici factam, qualem diserte commemorat criticus Arabs in loco a Pvseyo *Cat. Bodl.* p. 564 excerpto, referenda sunt (cf. Storr. p. 34). Ex duobus, quae comparare licet, exemplis hanc a nostra prorsus diversam

fuisse apparet; nam ubi illa pro ܬܦܘܓ, ψυγήσεται Mt. 24, 12, praebet تبرد (Kirst. p. 114 Storr. p. 27) nostra habet وتجمد الود لكثرة الاثم; et verba Mt. 28, 1 (cf. supra p. 20) illa ita exhibet وفى عشية السبت الذى يصبح الاحد (sic. Kirst. 139. St. 27).

Etiam qui Arabem vulgatum ad lectionem Simplicis haud paucis in locis interpolavit, nostra versione certo non usus est. Quod ne longus sim uno tantum exemplo demonstrabo. Lc. 6, 35 omnes codices Graeci praebent μηδὲν ἀπελπίζοντες et hos sequuntur Erp. Rom: ولا ترجعوا شيا من هذا. Syrus contra legit μηδένα ἀπελπίζοντες ܘܠܐ ܡܦܣܩܝܢ ܣܒܪܐ ܕܐܢܫ, quod illatum est in Pol. Mar.: ولا تقطعوا رجاء احد. Cod. Lips. autem habet liberius رجاءهم, unde illam lectionem derivatam non esse apparet. Re vera quidem interdum inveniuntur loci, in quibus utraque translatio prorsus consonat; e. gr. comma Mr. 6, 43 iisdem verbis in Pol. et apud nostram legitur; sed talia ita comparata sunt, ut diverso modo vix reddi potuerint, et nimis sparsa, quam ut inde aliam ab alia pendere liceat colligere.

Itaque translatio quam Lipsiensis codex continet mox in oblivionem venit nec in ecclesia Syriaca usitata fuit atque in eius locum versio vulgata successit, qua usi sunt Syri etsi discriminis non ignari. Rem illustrat evangeliarium in Iacobitarum usum a. 1227 adornatum (Vat. 19 ap. Scholz *Bibl. Krit. Reise* p. 129), cuius auctor vulgata quidem usus est, sed eam pro auctoritate qua apud suos Simplex pollebat ad huius normam refecit et correxit, sine dubio igitur usurus, si talem habuisset, interpretatione Simplicem referente.

Descripta translationis indole et quantum fieri potuit historia nihil restat, quam ut longiores aliquos locos exhibeam non ex una parte libri selectos, ne si qui forte eiusdem codices alii iique ut saepius fieri solet non integri inveniantur, comparandi materia non desit. Scribendi ratio qualis in libro est servanda erat, nisi quod apices et ubi necessarium videretur Hamzam addiderim.

## Matth. C. XXVII. XXVIII.

فلما اصبحوا تواامر عظماء كهنة الشعب مع كبرائهم فى يسوع ان يميتوه 2 واوثقوه وانطلقوا به
ودفعوه الى فلاطس للحاكم 3 حينئذ يهودا المسلم لما راى ان يسوع قد اخذ ندم فذهب ورد
الثلثين الورقة من الفضة على روساء الكهنة والكبراء 4 وقال اثمت فى اسلام الزاكى اجابوه وقالوا له
ماذا علينا انت اعلم 5 فذهب وطرح الفضة فى الهيكل وانصرف فخنق نفسه 6 واخذ روس الكهنة
الورق فقالوا ليس يحل ان نجعلها فى القربان لانها ثمن الدم 7 فائتمروا بينهم ليشتروا بها حقل
جهراء لفخار لمقبر الغرباء 8 ولذلك سمى ذلك المكان قرية الدم الى يومنا هذا 9 فتم لذلك قول
ارمياء النبى اذ يقول واخذوا الثلثين الورقة من الفضة ثمن العزيز الذى شارطنى عليه بنو اسرائيل
10 فجعلوها فى حقل الفخار كما امرنى الرب 11 وقام يسوع بين يدى الهيجمان فساله الهيجمان وقال
له انت ملك اليهود قال له يسوع انت قلت 12 وجعلت روساء الكهنة وعظماء الشعوب تفترى عليه
فلم يجبهم بحرف 13 حينئذ قال له فيلاطس اما تسمع ما يشهدون عليك 14 ولم يرد عليه فاشتد
عجبه من ذلك 15 وكان الهيجمان يطلق فى كل عيد للجماعة اسيرا واحدا اى الاسراء ارادوا 16 وكان
عندهم اذذلك اسير معروف يدعا ابن ابا 17 فبينا هم مجتمعون اذ قال لهم فيلاطس من تحبون

ان اطلق ابن ابا او يسوع الذى يدعا المسيح 18 وقد كان فيلاطس علم انهم اسلموه حسدا
19 فبينما هو جالس على كرسيه اذ ارسلت اليه امراته وقالت لا تشترك فى شى من امر هذا الزاكى
فانى قد اوذيت اليوم فى روياى من اجله 20 فاما روس الاحبار وعلماء الشعوب سالوا الجماعة ان يطلقوا
ابن ابا ويهلكوا لهم يسوع 21 فاجاب العامل وقال لهم من تحبون ان اطلق منهما لكم قالوا ابن
ابا قال لهم فيلاطس فما ذا اصنع بيسوع الذى يدعا المسيح اجابوه باجمعهم وقالوا يصلب 23 قال
لهم فيلاطس واى بسوء عمل هذا فازدادوا من الضجيج والصياح وقالوا يصلب 24 فلما راى فيلاطس انه
لا يغنى شيا وقد اشتد الضجيج دعا بماء فغسل يده امام الجمع وقال اللهم طهرنى من دم هذا الزاكى
انتم اعلم 25 فاجابه القوم كلهم وقالوا دمه علينا وعلى ابنائنا فاطلق لهم عند ذلك ابن ابا وجلد
يسوع بالسياط فاسلمه ليصلب

27 عند ذلك ذهبت اساورة الهيجمان وساقوا يسوع الى الايوان حيث يكون القضاة وجمعوا
عليه الجماعة كلها 28 فعروه والبسوه جبة حمراء 29 وجعلوا اكليلا من شوك فوضعوه على راسه وقصبة بيمينه
ثم خروا على ركبهم بين يديه سخريا منهم به يقولون له سلم عليك يا ملك اليهود 30 ثم
بصقوا فى وجهه وتناولوا القصبة وجعلوا يضربون بها راسه 31 فلما سخروا منه شلحوا عنه تلك الثياب
والبسوه ثيابه ثم انطلقوا به ليصلب 32 فبينا هم ذاهبون اذ وجدوا رجلا كرنانيا اسمه سمعان
فسخروه ليحمل صليبه 33 فجاوا به الى مكان يدعا جاغولتا وترجمتها جمجمة 34 وسقوه خلا منشويا
بمر فذاقه وابا شربه 35 فلما صلبوه اقتسموا ثيابه بالسهام 36 وكانوا جلوسا هناك يحرسونه وجعلوا فوق
راسه لوحا مكتوبا فيه علة موته ان هذا ملك اليهود 38 وصلب معه لصيان احدهما عن يمينه والاخر
عن يساره واما اولئك الذين كانوا يمرون جعلوا يفترون عليه ويحركون روسهم 40 ويقولون يا هادم
الهيكل وبانيه الى ثلثة ايام خلص نفسك ان كنت ابن الله فانزل عن خشبتك 41 وكذلك روس الكهنة
ايضا كانوا يهزون به مع الكتبة والكبراء والاحبار ويقولون 42 كان ينجى غيره وهو لا يستطيع ان
ينجى نفسه ان كان ملك اسرائيل حقا فلينزل الان من الصليب فنومن به 43 وان كان واثقا بالله فلينقذه
ان كان مسرورا به فليخلصه فانه قال انى ابن الله 44 وكذلك اللصيان اللذان كانا صلبا معه جعلا يعيرانه
45 وكانت من الساعة السادسة ظلمة على الارض كلها الى الساعة التاسعة 46 فلما كانت الساعة التاسعة
صرخ يسوع بصوت عالى وقال الهى الهى لم تركتنى 47 فاما اناس من اولئك الذين سمعوا قالوا انما نادا
هذا ايليا 48 فاحضر احدهم فاخذ سفنجة فملاها خلا وجعلها فى قصبة وجعل يسقيه فاما سائرهم
فجعلوا يقولون دعوه عسى يجىء ايليا وينجيه 50 فاما يسوع فصرخ بصوت عالى وقضا نحبه 51 فانصدع
وجه باب الهيكل مكانه على اثنين من اعلاه الى اسفله وزلزلت الارض وتصدعت الحجارة 52 وتفتحت
القبور وخرج كثير من الابرار 53 ومن بعد قيامته دخلوا المدينة الطاهره فبراوا لكثير 54 فاما القائد
والذين كانوا قياما يحرسون يشوع لما راوا الرجفة وما كان من الشده فرقوا جدا وقالوا ان هذا ابن الله
حقا 55 وكان هنالك نساء كثير ينظرن من بعيد اللاتى كن يتبعن يسوع من الجليل وكن يخدمنه
56 احديهن مريم المجدلانية ومريم ام يعقوب وام يوسا وام ابنى زبدى 57 فلما ان كان المساء جاء
رجل غنى من الرامة اسمه يوسف وكان تتلمذ ليسوع 58 فاتا فيلاطس واستوهبه جسد يسوع وامر فيلاطس
ان يعطا جسده 59 فاخذ يوسف الجسد فادرجه فى ملاءة نقية 60 فجعله فى قبر جديد كان نحته فى
صخرة وجاوا بصخرة عظيمة وسدوا بها فم الضريح وانصرفوا 61 وكان هناك مريم المجدلانية ومريم الاخرى
جالستين مقابل القبر 62 فلما ان كان من الغد اليوم الذى كان بعد الجمعة اجتمع روس الكهنة والاشياخ
الى فيلاطس 63 وقالوا له سيدنا انا ذكرنا ان ذلك الطاغى كان يقول وهو حى انى صنعت من بعد ثلثة
ايام اقوم 64 فمر بحرس القبر الى يوم الثالث لعل تلاميذه ياتون فيسرقونه من الليل فيقولون لامة انه
قد قام من بين الاموات فيكون الضلالة الاخيرة اشر من الاولى 65 قال لهم فيلاطس لكم حرس فانطلقوا
فاحفظوا كما تعلمون 66 فذهبوا فاحفظوا (فاحتفظوا؟) بالقبر وختموا ذلك الحجر مع الحرس

فلما ان كان مساء السبت لصباح يوم الاحد جاءت مريم المجدلانية ومريم الاخرى تنظران الى

القبر 2 واذا رجفة شديدة لانه نزل ملك الرب من السماء ودنا ودهدا الحجر عن القبر وجلس عليه 3 وكان
منظره كالبرق ولباسه ابيض كالثلج 4 ومن مخافته فزع الذين كانوا يحرسون فعادوا كالاموات 5 فاجاب الملك
وقال للمراتين اما انتما فلا تخافا قد عرفت انكما تلتمسان يسوع الذى صلب 6 ليس هو هاهنا قد قام نحو
كما قال اقبلا فانظرا الى المكان الذى وضع فيه ربنا 7 فاذهبا عاجلا وقولا لتلاميذه انه قد قام من بين
الاموات وهو سابقكم الى الجليل هنالك ترونه قد قلت لكما 8 فذهبتا سراعا من عند القبر بمخافة وفرح
كثير فجعلن يجرين ليخبرن تلاميذه 9 فاذا يسوع قد لقيهما فقال لهما السلم عليكما فاقتربتا
واخذتا بقدميه وسجدتا له 10 فقال لهما يسوع لا تخافا لكن اذهبا فقولا لاخوتى ليذهبوا الى الجليل
فيروني ثم 11 فلما ذهبتا جاء اناس من اولئك الحرس الى المدينة فقالوا لرؤوس الكهنة جميع ما كان 12 فاجتمعوا
مع الكبراء فائتمروا بينهم ووهبوا للحراس دراهم غير قليلة 13 وقالوا لهم قولوا ان تلاميذه اتوا من
الليل فسرقوه ونحن نيام 14 فان بلغ الهيجمان ذلك ارضيناه وكفيناكمو ما اهمكم 15 ولما ان اخذوا
الورق صنعوا كما علموهم فشاعت هذه الكلمة بين اليهود الى هذا اليوم 16 فاما التلاميذ الاحد عشر
فانطلقوا الى الجليل حيث كان وعدهم يسوع فلما راوه سجدوا له فشك بعضهم 17 فاقترب يسوع وقال
لهم انى قد اعطيت كل سلطان فى السماء والارض وانا مرسلكم كما ارسلنى ابى 19 اذهبوا فبشروا كل
الشعوب وعمدوهم باسم الاب والابن وروح القدس 20 وعلموهم ان يحفظوا كل الذى اشرعت لكم
وها انا ذا معكم جميع الايام حتى منتهى العالم حقا

## Marc. C. I.

راس انجيل يسوع المسيح ابن الله 2 كما هو مكتوب فى اشعياء النبى انى مرسل ملكى امام
وجهك ليصلح سبيلك 3 صوت ينادى فى القفر اعدوا طرق الرب وسهلوا سبيله 4 كان يوحنا يصبغ فى
القفر يبشر بمعمودية التوبة لغفران الخطايا 5 وكان يخرج اليه جميع اهل كورة يهودا وجميع اهل اوراشلم
وكان يصبغهم فى نهر الاردن اذا اعترفوا بخطاياهم 6 فاما يوحنا وكان لباسه من وبر الابل ومنطقته من جلد
على حقويه وكان طعامه الجراد وعسلا بريا 7 وكان يسمع ويقول انه سياتى من بعدى من هو افضل منى
ذلك الذى لست اهلا ان احل سيور خفيه 8 انا اصبغهم بالماء وهو يصبغكم بروح القدس 9 فلما ان كان
عند تلك الايام جاء يسوع من ناصرة الجليل فاصطبغ فى الاردن من يوحنا 10 فساعة صعد من الماء راى
السموات قد انشقت وجل روح كالحمامة ونزلت عليه واذا صوت ينادى من السماء يقول انت ابنى الذى
بك سررت 12 فمن مكانه اخرجه الروح الى القفر 13 فكان هناك فى القفر اربعين يوما والشيطان يجربه
وكان مع السباع والملائكة يخدمه 14 فلما كان بعد حبس يوحنا اتى يسوع الجليل وكان ينادى ببشرى
ملكوت الله 15 ويقول لقد انقضا الزمان واقتربت ملكوت الله توبوا وامنوا بابن الانسان 16 فبينا هو يمشى
حول بحر الجليل اذ بصر بسمعان واندرواس اخيه يلقيان مصايدهما فى البحر من اجل انهما كانا صائدين
17 فقال لهما يسوع اتبعاى لاجعلكما صيادى البشر 18 فتركا مصايدهما ساعتئذ واتبعاه 19 فلما جاز
قليلا راى يعقوب بن زبدى ويوحنا اخاه وهما فى السفينة يصلحان مصايدهما 20 فدعاهما فتركا من
ساعتهما اباهما مع الاجراء وتبعاه 21 فلما دخل كفرناحوم فجعل يعلم فى كنائسهم يوم السبت
22 وكانوا يتعجبون من تعليمه لانه كان يعلمهم كذى سلطان ليس ككتبتهم 23 وكان فى كنيستهم رجل
به ريح نجسة فصرخ 24 وقال ما لنا ولك يا يسوع الناصرى اجئت لتهلكنا قد علمت من انت انت
قدوس الله 25 وزبره يسوع وقال له سد فاك فاخرج منه 26 فصرعته تلك الروح النجسة وصرخت بصوت
عالى وخرجت منه 27 فبهتوا اجمعين وجعل بعضهم يسايل بعضا ويقولون ما هذا التعليم الحديث
انه بسلطان يامر الارواح النجسة فتطيعه 28 وفشا خبره فى جميع بلد الجليل 29 وخرجوا من جماعة اليهود
فاتى بيت سمعان واندراوس مع يعقوب ويوحنا 30 وختنة سمعون محمومة حما شديدة فكلموه فيها 31 واخذ
بيدها واقامها وتركها الحمى وجعلت تخدمهم 32 فلما ان امسوا وكان عند غروب الشمس اتوه بكل من
كان به سقم او جنون 33 وكان اهل المدينة كلهم مجتمعين على الباب 34 وابرا كثيرا ممن كانوا مبتلين

بامراض مختلفة واخرج شياطين كثيرة ولم يكن يدع ان تنطق لانها كانت تعرفه 35 فبكر يغلس
وخرج الى مكان مقفر وكان يصلى هناك 36 فسعا سمعون ومن معه فى طلبه 37 فلما اصابوه قالوا له ان
جماعتنا تبغيك 38 قال لهم انطلقوا بنا الى القرى والمدائن القريبة لاسمع فيها البشرى فانى لذلك جئت
39 فجعل يسمع البشرى فى جماعتهم كلها وفى جميع الجليل ويطرد الشياطين 40 فاتا ابرص فخر على رجليه
وكان يطلب اليه ويقول ايها الرب اردت لطهرتنى 41 فرحمه حينئذ يسوع فبسط اليه يده فمسه وقال له
قد اردت فتطهر 41 وذهب عنه البرص 43 فزجره واوصاه 44 وقال له لا تخبرن احدا بذلك ولكن اذهب
فاظهر نفسك للكهنة وقرب قربانا لتطهيرك كما امر موسى لشهادتهم 45 فلما خرج طفق ينادى ويكبر
وافشى الخبر حتى لم يكن يسوع يستطيع ان يدخل المدينة علانية ولكنه كان خارجا فى القفر
وكانوا ياتونه من كل مكان

## Luc. C. VIII.

فلما كان ذلك وهو يطوف فى المدائن والقرى ليدعو ويبشر بملكوت الله والاثنى عشر معه 2 والنساء
الاتى (sic) برأن من الامراض والارواح الخبيثة مريم التى يدعا المجدلانية التى اخرج منها سبعة شياطين
3 ويوحنة حليلة خوزا خازن هيرودیس وسوسنة ونسوة كثير كن يخدمنه من اموالهن 4 فلما اجتمع
جمع كثير من المدائن كلها اذ قال بالامثال خرج الزراع ليزرع زرعه فبينا هو يزرع اذ سقط بعضه على
ظهر الطريق فوطى واكلته الطيور 6 ومنه ما سقط على الصفاة ونبت من ساعته ولانه لم يكن له ندوة
يبس 7 ومنه ما سقط بين الشوك فنبت معه الشوك فخنقه 8 ومنه ما سقط فى ارض طيبة مزكية فلما
نبت كان ريعه للواحد مائة وكان ينادى حين يقول ذلك من كان له اذنان ليسمع فليسمع 9 فسأله
تلاميذه وقالوا ما هذا المثل 10 فقال لهم اياكم اعطى ان تعلموا سر ملكوت الله فاما سائركم فبالامثال يقال
لهم فاذا راوا لا يبصرون واذا سمعوا لا يبصرون 11 فاما هذا المثل فان الزرع هو كلمة الله 12 والذى
زرع على حافة الطريق فهم الذين يسمعون الكلمة فيجىء الشيطان فيقلع الكلمة من قلوبهم لئلا
يومنوا فيحيوا 13 والذى زرع على صفاة هم الذين اذا سمعوا الكلمة قبلوها بفرح وليس لهم فيها اصل
وانما ايمانهم لساعة فيرتابون عند العسر والبلاء 14 والذى سقط بين الشوك هم الذين يسمعون
الكلمة فيخنقها الهم والغنا وشهوات العالم ولا يثمرون ثمرا 15 والذى زرع فى الارض الطيبة هم الذين
يسمعون الكلمة بقلب نقى صالح ويحفظونها ويثمرون ثمرا بالصبر والرجاء 16 ليس يضىء احد سراجا
فيغطيه باناء او يجعله تحت السرير لكن يضعه على المنارة ليبصر نوره كل من يدخل 17 فليس من مكتوم
الا سيعلن ولا من مستتر الا سيعلم ويظهر 18 فانظروا كيف تسمعون ومن كان له يعطا ومن لم يكن له
يوخذ منه الذى يرى انه له 19 فاتيه امه واخوته ولم يستطيعوا ان يكلموه من زحام الجموع 20 فقيل له
ان امك واخوتك قيام خارجا يريدون لقيك 21 فاجابهم وقال لهم من امى ومن اخوتى الذين يسمعون
كلام الله ويعملون به

22 فلما كان فى بعض الايام صعد يسوع وقعد فى سفينة مع تلاميذه فقال لهم اعبروا بنا الى عبر
البحيرة 23 فبينا هم يسيرون اذ نام يسوع فاذا ريح عاصف فى البحر حتى كادت السفينة ان تغرق
24 فدنوا منه وايقظوه وقالوا له ربنا ربنا اننا هالكون فقام وزجر الريح وامواج الماء واطمانت وقرت
25 وقال لهم اين ايمانكم ففرقوا وعجبوا وقالوا بينهم يا ليتنا من هذا الذى يامر الريح والبحر والامواج
ويطيعونه 26 وساروا واتوا بلد الجدريين التى هى فى العبر قبالة الجليل 27 فلما خرج الى الارض استقبله
رجل من اهل المدينة وبه شيطان منذ زمان طويل عريانا لم يكن يلبس ثيابا ولم يكن يسكن فى بيت
ولكن ياوى المقابر 28 فلما راى يسوع صرخ وسقط بين يديه وقال بصوت عال ما لنا ولك يا يسوع
بن الله العلى اسئلك ان لا تعذبنى 29 فامر يسوع الريح النجسة ان يخرج من ذلك الانسان وكان
له زمان طويل منذ سبيه وكان يوثق بالسلاسل والقيود ويحفظ بالحبس فيقطع وثاقه ويستطرده الشيطان
الى البرية 30 فسأله يسوع ما اسمك فقال له لجيون لانا شياطين عدة دخلنا فيه 31 وكانوا يطلبون اليه الا

يامرهم بالذهاب الى الغور 32 وكانت هنالك عانة خنازير كثيرة ترعا فى الجبل وجعلوا يسئلونه ان ياذن لهم
فيدخلوا فى تلك الخنازير فاذن لهم فلما خرج الشياطين من ذلك الرجل ودخلوا فى الخنازير حضرت
عانة الخنازير كلها الى المهوى فسقطت فى البحيرة وغرقت 34 فلما راى الرعاء ما كان من ذلك فرقوا وهربوا
واخبروا اهل المدينة والقرى بما لقوا 35 فخرج الناس ليبروا الذى كان فاتوا يسوع ووجدوا ذلك الرجل
الذى خرجت منه الشياطين مكتسيا جالسا عند رجلى يسوع ومعه عقله فخافوا 36 فاخبرهم الذين
راوا وكيف صح الرجل المصاب 37 فجعل اهل جدرا كلهم يرغبون اليه ان ينتقل عنهم لانهم فرقوا
فرقا شديدا حينئذ يسوع صعد السفينة وانصرف من عندهم 38 وكان يطلب اليه الرجل الذى خرج
منه الشيطان ان يكون معه وسرحه يسوع وقال له 39 ارجع الى بيتك فحدث بما فعل الله بك فذهب
وكان ينادى فى المدينة كلها بما فعل به يسوع
40 فلما رجع يسوع تلقاه جمع كثير كان كلهم ينتظرون به 41 فاذا رجل قد اتاه اسمه يوارش
راس الكنيسة فخر امام يسوع وطلب اليه ان يدخل بيته 42 وكانت له بنت من بنات اثنى عشر
سنة كانت قد اشرفت على الموت فبينا يسوع ذاهب معه وجمع عظيم يزاحمونه 43 اذا امراة كانت
تنزف الدم منذ اثنى عشر سنة وانفقت فى الاطباء جميع مالها فلم يقدر احد ان يشفيها 44 تقدمت
من ورائه ومست حاشية ردائه فسكن مسيل دمها من ساعته 45 فقال يسوع من هذا الذى مسنى
فلما جحدوا كلهم قال له سمعان الصفا ومن معه ربنا ترى الناس قد اكتنفوك [وزاحموك][1]) وتقول
من هذا الذى دنای 46 فقال لقد مسنى واحد لان قوة وشفاء خرج منى 47 فلما رات المراة انه علم
ولم تخف عليه اتته وهى ترعد فخرت له ساجدة واخبرته والشعب كلهم ينظرون لماذا ولاية علة دنت منه
وكيف صحت مكانها 48 فقال لها يسوع اطمانى يا بنية ايمانك احياك انطلقى بسلام 49 فبينا هو
يتكلم اذ جاء انسان من ال رئيس الكنيسة فقال له ان ابنتك قد ماتت فلا تعنى المعلم 50 فلما سمع
يسوع ذلك قال لابى الجارية لا تخف لكن امن فانها ستحيا 51 فلما اتى يسوع البيت لم يدع احد ان
يدخل معه غير سمعان ويعقوب ويوحنا وابى الجارية وامها 52 وكانوا كلهم يبكون وينوحون عليها
فقال لهم يسوع لا تبكوا فانها لم تمت وهى نائمة 53 وجعلوا يضحكون منه لعلمهم انها قد ماتت
54 فاخرج كل انسان خارجا ثم اخذ بيدها ودعاها وقال ايتها الجارية قومى 55 فارتدت روحها وقامت من
ساعتها وامرهم ان يطعموا 56 فعجب ابواها فاوصاهما الا يخبروا احدا بما كان

## Ioh. C. V.

كان عيد من اعياد اليهود وصعد يسوع الى اورشلم وكان هنالك باورشلم موضع صبغة فدعى بالعبرانية
بيت الرحمة وكان فيه خمسة اروقة 3 وكان فيها مسقط قوم كثير من المرضى من العوج والكمه والسل
وكانوا يتوقعون تحريك الماء 4 وكان ملك ينزل الى المعمودية احيانا فيحرك ذلك الماء واول من كان ينزل
المعمودية بعد تحريك الماء يبرا من كل سقم به 5 وكان هناك رجل مريض منذ ثمان وثلثين سنة
6 هذا راه يسوع ملقيا فعلم انه منذ زمن فى مرضه فقال له [2]) ان تبرا يا هذا 7 اجاب المريض وقال نعم
يا سيدى لانه ليس انسان يلقينى فى المعمودية عند تحريك الماء لكنى حتى ازحف انا يسبقنى اخر
8 قال له يسوع قم فاحمل سريرك وانطلق 9 فبرا ذلك الرجل على المكان فنهض فحمل سريره ومشا وكان
ذلك يوم السبت 10 فقالت اليهود الذى صح انه يوم السبت لا يحل لك حمل سريرك 11 واجاب
حينئذ وقال لهم الذى شفانى هو الذى اذن لى ان احمل سريرى وانطلق 12 فسالوه من هذا الرجل
الذى اذن لك ان تحمل سريرك وتنطلق 13 ولم يكن الذى برا يعرفه من هو وكان يسوع قد استتر
بين كبرا الجمع التى كانت فى ذلك الموضع 14 فلما كان بعض حين لقيه يسوع فى الهيكل وقال له انك

---

1) in margine recte a posteriore, ut videtur, manu additum.
2) deest in codice vocabulum: *visne?*

قد برات يا هذا فاياك ان تعود فى الخطيئة لئلا يصيبيك ما هو اشد من الاول 15 فانطلق ذلك الرجل
فاخبر اليهود ان الذى براه هو يسوع 16 ولذلك كانت اليهود يطرد يسوع وتريد قتله لانه كان يعمل
الايات يوم السبت 17 عند ذلك قال لهم يسوع ابى حتى الان يعمل هذه الاشياء وانا ايضا اعمل مثله
18 ولذلك جدت اليهود فى قتله ليس انه كان ينقص ويحل السبت فقط ولكن انه كان يقول على الله
انه ابوه ويعدل نفسه مع الله 19 اجاب يسوع وقال لهم الحق اقول لكم ان الابن لا يعمل شيئا من تلقاء
نفسه انما يعمل ما يرا الاب ان يعمل ان الاعمال التى يعملها الاب يعمل الابن مثله 20 لان لاب يحب ابنه
ويريه كل شى يعمل وهو يظهر له افضل من هذه الاعمال لتعجبوا انتم 21 كما ان الاب يقيم الموتى ويحييهم
كذلك الابن يحيى من يشاء 22 واعلمكم ان الاب لا يحاكم احدا بل قد صير الحكومة كلها الى الابن
23 ليوقر الابن كما يوقر الاب والذى لا يوقر الابن لا يوقر الاب الذى ارسله 24 الحق والحق اقول لكم ان
الذى يسمع كلامى ويومن بمن ارسلنى له الحيوة الدائمة الى الابد ولا يحشر الى العقاب ولكن ينقل
من الموت الى الحيوة 25 الحق اقول لكم انه سياتى ساعة وهى الان حاضرة يسمع الموتى فيه صوت ابن الله
والذين يسمعون يحيون 26 وكما ان الاب له الحيوة فى شخصه كذلك اعطا الابن ان يكون الحيوة فى
شخصه 27 وسلطه على القضاء والحكومة 28 فاما بانى ابن البشر فلا تعجبوا من هذا الذى حدثت انه
سياتى ساعة ويسمع فيها جميع فى القبور صوتى 29 ويخرجون الذين عملوا الخيرات يصيرون الى قيامة
الحيوة والذين عملوا السيئات يقومون للعقاب 30 لا استطيع ان اعمل شيئا من تلقاء نفسى بل انما
احكم بما اسمع وحكمى عدل وذلك لانى لست اريد مشيئتى الا مشيئة من ارسلنى 31 ان كنت
انا الذى اشهد لنفسى فشهادتى غير صادقة الخ

## Additamentum.

Evangeliorum translationem arabicam, quae eo usque ex editionibus Romana, Erpeniana et polyglotta[1]) atque ex codicibus nonnullis imprimis Viennensi innotuerat, unam

1) De editionibus hisce ab iis qui de historia N. T. scripserunt tot errores propagati sunt et propagantur, ut accuratiora tradere non inutile videatur. Prima est Romana anni 1591 (1619. 1774) accurate descripta a Schnurrero Biblioth. Arab. p. 343, quae ex quo codice hausta sit ignoratur; versionem Latinam, teste Assemano Cat. Bibl. Med. Laur. p. 52, adornavit Antonius Sionita, neque igitur Gabriel Sionita, ut male perhibet Millius Prolegg. §. 1295, neque Raimundus, libri editor ipse, uti coniecit Le Longius (I. 357. II, 1, 111 Masch) et deinde pro certo venditarunt Rosenmüllerus Handb. d. Lit. III, 132 et Schnurrerus Bibl. Arab. p. 350. — Codex, quem sua editione a. 1616 expressit Erpenius, scriptus est in Aegypto a. Martyrum 1059 Chr. 1342—3; sed librarius codicis evangeliorum, quo usus est, die 16 Baunae mensis a. Mart. 988 s. mense Iunio a. 1272 ad finem perducti, subscriptionem et ipse transscripsit, unde verisimillimum fit, illud archetypum hodie adhuc exstare in codice Florentino secundum Scholzium numero 101, secundum Assemanum n. XX signato, ex quo prorsus eadem, quae in libro Lugdunensi leguntur, verba subscripta Arabice Scholzius Bibl. krit. Reise p. 87 exhibet. Ita scrupulus, qui Marshium (ad Michael. I, 196) Rosenmüllerum (l. l. p. 135) Schnurrerum (l. l. p. 360) vexavit, expeditur et simul apparet, virum, qui ibi nominatur *Nesiulamam fil. Azalkefati* (vel نس الايام بن عز الكفاة; neutrum mendo carere videtur), non uti ex Erpenii verbis nonnulli (Rich. Simonius Hist. interpr. N. T. §. 18. C. B. Michaelis Tract. de var. lect. §. 30. Storrius §. 30. Juynbollius l. supra l. p. 92) effecerunt, interpretationem confecisse, sed iam olim confectam cum aliis exemplis contulisse (قابل). Erpenii textus repetitus est in editione evangeliorum Coptica et Arabica, quam Societas Biblica foras dedit Lond. 1829. 4. — Tertia editio in polyglottis Parisinis aliam sistit recensionem, quam etiam in codd. Reg. 27 et Coisl. 239 contineri elucet e descriptione Scholzii (Bibl. krit. Reis. p. 56. 58), qui non animadvertit, eas quas excerpsit lectiones a textu Erpeniano diversas ad unam fere omnes in polyglottis inveniri. Unde vel ex altero utro vel ex simillimo libro haec editio sumpta est. Asserit quidem R. Simon, (Hist. d. vers. d. N. T. §. 18) Gabrielem Sionitam in bibliis Parisinis textum Romanum, paucis tantum in quibus sermo Arabicus non satis purus esset mutatis, repetiisse seque ipsum exemplum editionis Romanae Sionitae manu in hunc usum emendatum oculis usurpasse, atque hoc testimonium plurimi transscripserunt, ut Lelongius (II, 1, 111 Masch) Michaelis (Einl. ed. 4. I 446. 448) Hugius (Einleit. §. 106. p. 427 ed. 2; p. 394 ed. 4.) Eichhornius (Einleit V, 27. 49) Dewettius (Einl. §. 29 a) Tischendorfius (prolegg. 1849 p. lxxviij) Tregelles (l. l. p. 325), pauci tantum, ut Storrius (Diss. de evang. p. 6) Juynbollius (l. l. p. 17), addubitarunt. Sed tum Simon, qui omnino per totum caput rei, de qua iudicat, satis imperitum se ostendit, quippe qui si versionem textui Syriaco vel Coptico in codice adiunctum aut in Syria vel Aegypto confectam videret, statim eam etiam e Syriaco vel Coptico fonte deductam opinaretur, tum qui eum secuti sunt editiones ipsas ne obiter quidem inspexerunt; nam vel unius paginae comparatio docere poterat, longe aliud inter utramque discrimen esse. Neque tamen omni veritate testimonium tam disertum caruit: subest sine dubio hoc, Sionitam in exemplari illo non

esse et eandem, sed in singulis libris varie mutatam et interpolatam, Storrivs in *Dissertatione critica de evangeliis Arabicis Tub.* 1775. 4. luculentis argumentis ita probaverat, ut qui postea rem tangerent eius vestigiis non insistere non possent. Aliam autem viam ingressus V. Cl. Juynbollivs in libello inscripto *Letterkundige Bijdragen. Tweede Stukje. Leid.* 1838. 8. duas esse versiones, alteram e Graeco, alteram e vulgata a Ioanne Hispalensi confectam demonstrare studuit, qui liber inter nostrates vix innotuisse videtur. In Anglia eius sententiam suam ut faceret adductus est Tregelles *(Introduction to the textual criticism of the N. T. by T. H. Horne, revised by Sam. Prid. Tregelles,* quae volumen quartum efficit editionis decimae Introductionis Hornianae, *Lond.* 1856. 8. p. 325), id quod Bleekio *(Studien und Kritiken* 1858. III p. 565) causam praebuit flagitandi ut res denuo sub examen vocaretur. Mihi quum singulis Juynbollii argumentis iam olim diligenter perpensis longe aliter iudicem idque brevissime Tischendorfio (v. Prolegg. ed. sept. N. T. p. CCXXXIX) per literas significaverim, hic locus videtur aptus, in quo paulo fusius rationes meas exponam. Sed dum viri meritissimi ago adversarium, tacendum non est, suam eum disquisitionem instituisse solis bibliis polyglottis instructum neque reliquis evangeliorum editionibus adiutum (cf. liber laud. p. 20), quas si iam ab initio conferre potuisset mihi non dubium est quin ad aliam inclinasset sententiam.

Juynbollii argumentatio proficiscitur a conditione codicis, quo usus est, Franequerani,

---

quidem verba Arabica, sed interpretationem Latinam ita mutasse, ut suo codici responderet; nam versionis Parisinae cum Romana collatio evidenter illam ex hac pendere demonstrat, et consentanea etiam tradit Lelong l. l. II. 1, 111. Ex Parisinis in polyglotta Anglicana evangelia nullo verbo mutato translata esse videntur (cf. etiam Juynboll, qui utrisque usus est, p. 16), nam quod de mutationibus nonnullis afferunt Millius (Prolegg. §. 1295) Marshius (ad Michaelem I 196) alii, id ex Waltoni, qui de V. T. loquitur, verbis male intellectis ad N. T. traxerunt. Polyglottis qui caret uti potest editione iussu Anglorum ad pervulgandam scripturam consociatorum (*Newcastle upon Tyne* 1811. 4) ex illis expressa. In Veteri quidem Testamento editor quisquis fuerit ita versatus est, ut nisi adhibito opere Waltoniano ad doctos usus nemo in ea requiescere possit: supplementorum, quae in illud Pocockius inseruit, signa anxie delevit et quae restabant lacunas sine ullo indicio explevit (cf. Benary *Jahrbb. f. wissensch. Kritik* 1831 I, 499 sqq.), quin ex vulgata, ut Prov. 21, 5 (forsan ex editione Romana anni 1671) male effarsit. In Novo autem novandi occasio rarius data erat, ita ut eo polyglottorum vice sine fraude uti liceat, quanquam etiam hic paucos locos mutaverit editor; e. gr. Mt. 6, 13 doxologiam ex edit. Erp. vel Rom. et similiter Mt. 1, 23 ultima verba addidit, alibi menda stulta diligentia servavit, ut Act. 2, 10 كورتنا *regio nostra* pro كورينا *Cyrene,* unde interpretis patriam efficere male voluerunt Hugius I, 432 (400), Bertholdt II, 698, de Wettius §. 27. b. Omnino, ut hoc in transitu commemorem, dolendum est, quod editiones et translationes a societate illa paratae ad eruditorum usum minus quam par erat accommodatae esse solent; sed quum sui iuris sit, de ea expostulemus non licet. Attamen uno alterove exemplo, quam insulse interdum suum quod proclamarunt consilium nil nisi purum putum Verbum Dei *without note or comment* edendi agitet pium istud et indoctum hominum genus indicare non abs re erit. Est editio psalmorum Coptica cum Arabica Abdallae ben Alfadhl interpretatione a. 1826 publici iuris facta, in qua saepius media in oratione voces aliquot uncinis inclusae sunt atque ita quidem, ut neque verborum contextus et sententiae ulla ratio habita sit, neque alia rei causa appareat. Aenigma intelligitur, si forte editio Tukii Romana a. 1744, ex qua illa exscripta est, comparatur: in huius enim margine ex alio codice variantes additae sunt lectiones, quibus quae in ipsis psalmis respondent verba uncis circumdata sunt. Itaque variantes, utpote a puro Verbo Dei alienas omiserunt, uncinos autem religiose servarunt. Magis etiam barbare saevierunt in nitidissimam quandam, quam venditant, minoris formae editionem V. T. Londini s. a. paratam; in ea enim omnia *Kerajot* resecuerunt, retentis tamen non solum vocalibus ad illa pertinentibus, sed et circellis quibus lector ad marginem relegatur. — Quarta editio Romae 1703 rogantibus Ioanne Safrensi et Stephano Edenensi Maronitarum patriarchis in usum ecclesiae Maroniticae cura Fausti Naironi carshunice una cum Simplice Syriaca duobus voluminibus formae maximae publici iuris facta, uti in praefatione diserte asseritur, e codice sumpta est, quem ex Cypro insula Michael Metoschita advexerat. Quod Assemanus (Cat. Bibl. Medic. p. 50) eumque secutus Bernstenius (ZDMG. III, 398) perhibent, eam ex codice Mediceo a. 1611 Romae in usum Raimundi exarato originem duxisse, iam ipsius editoris testimonio refellitur; accedit quod historia adulterae, qualem ex eodem codice Bernstenius exhibet, non talis in editione legitur, sed prorsus cum Usseriana in polyglotta inserta concordat. Editionis huius Romanae, quae paucis in nostris oris visa est, vicem optime praestare potest exemplum iussu societatis biblicae et cura Sacyi Parisiis 1824. 4. iisdem literis repetitum, quod ab illa praeter emendata nonnulla minus accurate scripta ut قوم pro قم omnino non discrepare me capitum quorundam collatio docuit. — Quinam tandem textus insit in editionibus orientalibus evangeliorum, quae Halebi a 1706 et Mar Hannae a. 1776 prodierunt, atque in N. T. Coptico et Arabico Londini 1847—52. f. edito non habeo dicere.

Amstelaedami anno 1610 a scriba ut putat tunc Iudaicis, olim autem Muhammadicis sacris addicto et mauretanicis quidem literis, sed ita ut ف et ق vulgarem apicum dispositionem retinerent, exarati. Ex quo scripturae genere collegit, etiam versionem, quam codex haberet, talem esse debere, quae in occidente, Hispaniam dico vel extremam Africam, orta et usu vulgata fuerit. Instituta deinde cum polyglottis collatione quum observaret, codicem saepe congruere cum Hieronymi versione et praeterea fere ubique referre editionem Romanam, quippe cuius editores probabile sit tales praetulisse codices qui maxime cum lectionibus Latinis consentirent, porro conclusit, versionem factam esse ex vulgata Latina, atque, quum in libris de critica sacra, auctore Mariana, rumor de divinis libris a Ioanne quodam episcopo Hispalensi versus annum 737 Chr. arabice redditis differretur, huius ipsius, qui in Hispania degerit neque facile ex alia lingua nisi ex Latina et e versione Hieronymi post a. 600 in illis tractibus divulgata sua transferre potuerit, versionem in editione Romana et codice Franequerano nobis servatam esse. Sed multis in locis illa ab Hieronymo discrepat et contra hunc vel cum polyglottis facit vel etiam alia praebet. Quod quum Viri Cl. positioni non faveret, sumpsit Ioannem Hispalensem non de novo vertisse, sed antiquiore aliqua translatione e Graeco facta eaque ipsa quae polyglottis continetur usum fuisse, ex qua nonnulla retinuerit, multa etiam in suo codice Hieronymiano aliter legisse, partem ex vetere Itala interpolata, partem genuina, ex quibus vel ipse Hieronymi textus emendari posset.

Sed his plura eaque gravissima opponi possunt.

I. *Codex Franequeranus nil est nisi purum editionis Romanae apographum*, id quod evidentissime ex ipsius Juynbollii descriptione apparet. Nam non solum evangeliorum tituli (p. 11—13), prorsus arbitrarii illi et in omnibus codicibus diversi, ad verbum iidem sunt; non solum omnes quotquot affert codicis lectiones cum editione conveniunt — nam una quam per totum libellum notat diversitas, dum p. 20 codicem habere فيها, sed editionem منها tradit, nulla est, quandoquidem in omnibus quae ego inspexi Romanae editionis exemplaribus فيها legitur —, sed etiam aperta editionis menda in codice reperiuntur. Mt. 1, 4 in utroque libro legitur رحبعام, pro Roboami nomine; Mt. 2, 2 omissae in codice ante نسجد particulae لـ causa fuit, quod in edito male expressa est. Quae praeterea discrepare traduntur verba (p. 34 الذين et سجن) vitia librarii sunt, quod patet etiam in voce صريخ addita Mt. 2, 18, sed postmodum deleta (p. 41). Editio Romana quum ab initio parum divulgata atque diu perrara esset, id quod egregie illustrari potest exemplo Hottingeri, qui quamvis harum rerum etiam dum inter Batavos commoraretur sedulus scrutator in *Analectis* 1652. 8 p. 264 se eam nunquam ad manus habuisse queritur, non mirum est aliquem sibi eam ab homine calami Arabici perito describendam curasse. Ita intelligitur quoque qui factum sit, ut homo mauretanica literarum forma, qua assuetus erat, uteretur, in literis autem ف et ق usum apud nos vulgarem retineret, quod aliter vix explicabis. Itaque ex huius scripturae usu originem versionis Hispanicam efficere omnino non licet.

II. *Quae a Ioanne Hispalensi saeculo VIII conscripta esse fertur librorum biblicorum translatio Arabica, nulla fuit.* Scriptoribus quidem, qui de critica N. T. egerunt, optime nota est haec versio ex loco (primum quantum scio inducto a Seldeno ad Eutychii

Orig. eccl. Alex. p. 165) Marianae, qui de regno Pelagii a. 737 defuncti locutus haec habet (*de reb. Hisp.* VII, 3): »His aequalis Ioannes Hispalensis praesul divinos libros lin»gua Arabica donabat, utriusque nationis saluti consulens: quoniam Arabicae linguae multus »usus erat Christianis aeque atque Mauris, Latina passim ignorabatur; eius interpretationis »exempla ad nostram aetatem conservata sunt extantque non uno loco in Hispania« Ante eum eadem iisdem fere verbis tradidere Vasaeus ad a. 717 et Alphonsus Sapiens *Cronica general* (III. 2. ap. Florezium *Esp. sagr.* IX. 242), sed omnia haec unice pendent, ut verborum concentus et narrationis ordo demonstrant, ex Roderico Toletano, ita ut ad eius unius testimonium res iudicanda sit. Is igitur, ubi de Pelagio loquitur, his verbis utitur: (Ovantius et Frodoarius) »usque ad tempora Almohadum, qui imperatores Alde»fonsi tempore inceperunt, in pace instituta evangelica servaverunt. Et in isto medio fuit »apud Hispalim gloriosus et sanctissimus Ioannes episcopus qui ab Arabibus *Caeit al ma»tran*« (sic legitur in edit. princ. Gran. 1545. f.) »vocabatur et magna scientia in lingua »Arabica claruit, multis miraculorum operationibus gloriosus effulsit, qui etiam sacras scri»pturas catholicis expositionibus declaravit, quas in formationem posterorum Arabice con»scriptas reliquit. Fuit etiam ibi alius electus nomine Clemens, qui fugit a facie Almo»hadum Talaveram, ibique diu moratus vitam finivit, cuius contemporaneos memini me »vidisse.« Haec illi male intellexerunt. Nam primum quum Rodericus sua narret in vita Pelagii ante commemoratam eius mortem, perperam etiam Ioannem Pelagii tempore vixisse sumpserunt. At verba illa, quae Rodericus ipse narrationi de Pelagio ex Isidoro iam non amplius (cf. Dozy *Rech. s. l'hist. de l'Esp.* ed. alt. I, 2) Pacensi descriptae addidit, ita intelligenda esse, ut scriptor Ioannem suum saeculis Pelagium inter et Almohades elapsis assignare voluerit, recte observarunt Antonius *Bibl. hisp. vetus* I. 482 ed. 2. 1780. et Florezius *Esp. sagr.* IX 267 ed. 2 (243 ed. 1). Iam per se primis post expugnationem annis et tempore, quo ipsi Arabes de libris componendis nondum cogitarunt, episcopum christianum Arabice scribere non potuisse evidens est. Quando autem vixerit Ioannes nondum exploratum est; num idem sit qui concilio Cordubensi a. 839 habito subscripsit (Florez l. l. X. ed. 2. 1792. p. 531), perquam dubium videtur, atque Roderici verba permittunt eum aequalem putare Clementi illo, cuius contemporaneos ipse circa a. 1200 adhuc vidit. Deinde Rodericum non de translatione bibliorum, sed de enarratione loqui apparet, illamque (forsan ex male ad *scripturas* relato pronomine *quas*) ei primus affinxit Alphonsus, post quem reliqui eodem errore tenebantur usque ad Marianam, cuius narratio de exemplis non uno loco in Hispania exstantibus, quum in Arabicis rudis fuerit, omni fide caret. Rem recte iam perspexerunt Lelongius, qui quamquam (Bibl. sacr. 1723, p. 112. Masch. II. 108) Ioannis Hispalensis versionem diserte suppositis annumeret, nihilo minus in vulgaribus de historia N. T. commentariis tanquam eius rei testis producitur, et Masdeu (*Hist. crit. de Esp.* XIII. 1794. p. 220).[1])

---

1) In catalogo bibliothecae Escurialensis recenseri codicem nunc deperditum, qui *evangeliorum versionem a Ioanne Hispalensi Zaid al Matrud nominato tempore Alphonsi Catholici confectam* continere dicatur, tradit Antonius l. l. p. 485. Sed haec prorsus incerta esse quivis concedet. Aliam versionem ex apographo catalogi Scorialensis, quod Hamburgi est, protulit Hoffmannus (*Serapeum* 1854. p. 298): *El sagrado evangelio segun la interpretacion de Sermaham hijo de Quelil el llamado Muleven, escrita aõ de Chrõ 1177, que viene con el aõ de la fuga de 875,* in quibus verbis nec nomina nec annorum numerum restituere audeo. Ceterum inter Christianos Arabice loquentes non omnino neglectam fuisse Latinam versionem apparet ex codice apud Puseyum p. 491 saeculo XV in Aegypto scripto, in quo annotatum est eum Hispali cum exemplo Latino fuisse collatum.

III. Expeditis maghribica codicis Franequerani origine et versione Ioannis Hispalensis vera tamen manere poterit eius translationis quam editio Romana exhibet ex Hieronymiana origo. Sed primo iam aspectu haec satis improbabilis videbitur considerantibus, cum Romana editione saepissime convenire Erpenianam, saepius etiam Maroniticam, quarum origo orientalis negari nequit. Augetur dubitatio, si ea quae peculiaria insunt in Hieronymi oratione, reddita non inveniuntur. Quid vulgatae magis proprium esse potest quam panis *supersubstantialis* Mt. 6, 11? Pro ἐπιούσιον autem in ed. Rom. (et in E. M.) est خبزنا كفافنا *panis nobis sufficiens vel necessarius* quod Simplicis interpretationi ab Ar. Lips. eodem sensu خبز القوت redditae respondet, non autem illi vocabulo neque *quotidiano*, quod apud Lucam in vulgata lectum ex Itala in usu liturgico frequens erat. P. utroque loco e Memphitica interpolatus est, quum apud Mt. *crastinum*, apud Lc. *venientem* exhibeat; aliam explicationem praebet cod. Bodl. XV ap. Nicoll. p. 19 الملايم جوهرنا *substantiae nostrae convenientem.* — Mr. 14, 32 χώριον vertunt P. حقل *agrum*, M. قرية *villam* Hier. *praedium*, at R. et M. موضع *locum.* Si revera recensionis Rom. auctor Hieronymum adhibita P. Arabicae consuetudini tradidit, qui fieri potuit, ut hic veteri vocabulo حقل, quod satis respondet *praedio*, novum idque ab Hieronymi mente prorsus alienum, quod e Simplici ortum duxisse supra demonstravimus p. 29, substitueret, illic reiecta ea, quae in P. est, non Hieronymianam, sed prorsus diversam eamque et ipsam Syriacam interpretationem induceret?

Locos singulos ad stabiliendam coniecturam allatos examinaturi certas constituimus classes, eorum 1) qui tantum abest ut rei fidem faciant, ut ad redarguendum magis apti sint, 2) eorum, qui ad neutram partem valent, 3) eorum quibus non abiudicanda est auctoritas.

1) Ad primum genus refero locos, in quibus discrimen quidem a verbis Hieronymi in confesso est, sed suscipitur vel a) auctorem parum sibi constantem ex P. retinuisse quae mutari deberent vel b) codicem Hieronymianum fuisse interpolatum maxime ex Itala, vel c) etiam vulgatam nostram ex translatione Arabica, ubi non concordet, emendari posse.

a) Huc pertinent loci, in quibus quatuor editiones consentiunt et cum Hieronymo discrepant, quales sunt Mt. 22, 4. 23, 24. Mr. 3, 19 (p. 29, 30) Io. 3, 20 (p. 44; verba apud Arabem addita in codd. Gr. circiter quindecim et versionibus nonnullis leguntur). Singula disceptare supersedeo; at facili negotio multi alii addi possunt. Omnes Arabes Mr. 9, 10 habent τὸ ἀναστῆναι, Hier. ὅταν κ. τ. λ., Mr. 9, 42 λίθος μυλικός Hier. *mola asinaria,* Luc. 8, 6 pro ἰκμάς تربة *terra*, Hier. recte *humor.* Etiam sola R. a Hier. recedit, dum cum eo faciunt reliquae editiones: Mt. 9, 21 (p. 19) τοῦ ἱματίου αὐτοῦ habent Hieron. EM(P), om. R. Mt. 9, 25 (p. 21) quae R. addit *et dixit surge puella* desunt ap. Hier. et in PEM. Lc. 2, 37 (p. 35.) ἕως habent P. et Hier. *(usque;* perperam V. Cl. Hieronymum hoc non praebere ait; reperitur in Amiatino, apud Lachmannum et in Sixtina), REM omittunt cum D aliis vel ὡς legerunt. Mt. 1, 20 τὴν γυναῖκα P. reddit مرأتك *mulierem tuam,* R cum EM خطيبتك, quod illi substitutum putat, ut accuratius *coniux*, quo verbo Hieronymus utitur, exprimeretur. At vocabulum non coniugem significat, sed e contrario eam quae in coniugium petitur, et sponsa neque vere coniux est. Ita Farhat in Epitome Qâmûsi Massil. 1849 edita: والخطيب لقب يوسف لانه كان خطيب مريم العذراء سيدتنا الا انه

قط يعرفها لم et diligenter distinguit Hist. Ios. ed. Wallin 2, 3. 14, 5. et 6, 3. 7, 3. Luc. 1, 37 (p. 62) ad Hier. *(impossibile verbum)* magis accedit P. كلمة بغير قوة, quam REM أمر عسير *(res difficilis)*.

b) Mt. 3, 9 μὴ δόξητε λέγειν est apud R. et E ولا تتمجدوا وتقولوا, apud Hier. satis diverse *ne velitis dicere*. Ut nihilominus haec componerentur opus fuit coniectura, interpretem in codice suo lectionem Italae *praeferre* reperisse, quam ita intellexerit. Simplicius autem statues eum in δόξητε vim verbi δοξάζεσθαι quaesivisse, quod تمجد redditur Ies. 45, 25. 52, 13. ψ 36, 20. R. cum EM Mt. 2, 18 (p. 40) praebet θρῆνος καὶ κλαυθμός, contra P cum Hier. solum κλαυθμός. Illam putat V. Cl. Italae lectionem, quam in suam Hier. codicem insertam invenerit interpres. Sed quum potius Italae codices omnes excepta codicis D columna Latina cum vestustioribus Graecis Hieronymi lectionem habeant, illa autem in plerisque mss. Gr. et in uno Latino D iuxta eandem lectionem Graecam inveniatur, facile apparet, quam lubrica talis rei explicandae ratio sit. Mt. 14, 3 (p. 41) R cum EM habet Φιλίππου, ut plerique codd. Gr. et Syr; omittunt Hier. et P. Etiam hoc ex Itala sumptum fuisse eo minus verisimile reddi potest, quum etiam in huius testium parte maiore desit.

c) Lc. 8, 8 (p. 39) R., sed cum eo EM et cod. Vindob فلما نبت اثمر الواحد مائة ضعف *et postquam progeminavit fructum fecit, singulum centuplum.* Hier: *et ortum fructum fecit centuplum.* Quominus concedamus, in interpretis codice additum fuisse *unum*, obstat, quod talis lectionis vestigium neque in Latinis neque etiam in Graecis ullum sit, et si origo querenda esset in falsa aliqua lectione, cogitandum potius erit de φυεν εν Graece pro φυεν scripto; revera autem additamentum e Simplici ܥܡ ܚܕ ܡܐܐ petitum est. Mt. 4, 6 (p. 41) R et M inserunt τοῦ διαφυλάξαι σε, quo Hier. caret. Invenitur in Heracl. margine et in paucis Italae codicibus ut Vercellensi et assutum est ex ψ 91, 11, ut clare ostendit Aethiops, qui plenius addit ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου. Viro Cl. qui arbitratur verbum olim etiam apud Hieronymum lectum fuisse atque ei ex Arabe restitui posse, quum sine illo hiatus esset, obiiciendum est, eundem hiatum in Graecis esse. Lc. 2, 14 (p. 42) R. cum PEM εὐδοκία, Hier. codices omnes cum Italae omnibus εὐδοκίας. Inde colligere, etiam Hieronymo illam lectionem restituendam esse, prorsus arbitrarium est, quum ea nullo teste confirmetur nec explicari possit, qui factum sit ut rarior haec et perdifficilis in illius locum in omnibus vel antiquissimis codicibus succederet. Tacendum autem non est, tempore quo V. Cl. sua scripsit nondum Lachmanni et Tischendorfii opera excussos fuisse veteres vulgatae codices, ex quibus nunc quid olim in ea lectum fuerit certius definire possumus. Omnia igitur haec exempla potius probant, Arabi Romano nil rei esse cum Hieronymo.

2) Longa series est locorum, qui ad rem probandam plane non idonei sunt, quia dissensus editionis R. a. P. causa eodem prorsus iure in archetypo Graeco, atque in vulgata, quaeri potest. Aut enim a) verba Graecis non minus respondent, quam Hieronymo, aut b) lectione nituntur quae Hieronymi quidem est, sed etiam librorum Graecorum.

a) تلقنت اولا apud R (et EM) Mt. 14, 8 (p. 25) pro προβιβασθεῖσα ad Latinum *praemonuit* referre vult. V. Cl.; sed quemadmodum Ies. 40, 13. 14 συμβιβάζειν redditur vocabulo لقن, quod eadem *suppeditandi, suggerendi* vi apud Saad. Num. 23, 3. 6. legitur, ita etiam

hic nil obstat quominus Graecam vocem prae oculis habuerit interpres. Praebent Lc. 2, 1 (p. 28) P. الملك REM قيصر Hier. *Caesar* Gr. Καῖσαρ; Mt. 8, 39 (p. 35) P. ما لكى معنا REM ما لنا ولك Hier. *quid nobis et tibi* Gr. τί ἡμῖν καί σοι; Mt. 3, 10 (p. 36) PE فاى شجرة RM فكل شجرة Hier. *omnis ergo arbor* Gr. πᾶν οὖν δένδρον; Mt. 4, 16 (p. 38) E و Hier. *et*. Gr. καί, in quibus omnibus cur Hieronymum potius, quam Graecum sequi censendus sit, nemo facile dixerit. Nec Mt. 12, 22 (p. 37) مجنون pro P. به شيطان magis Latino *daemoniacus* quam Graeco δαιμονιζόμενος respondet; utrumque promiscue apud omnes quatuor legitur, illud e gr. Mt. 8, 16. 28. 33. Mr. 5, 15. 16. 18. Io. 10, 21, hoc Mt. 4, 24. 15, 24; in aliis locis pro lubitu variant. Mt. 2, 17 (p. 38) λέγοντος P. cum Copt. omisit, habet R, sed non ex Hieronymo quum in omnibus fere mss. Gr. sit. Io. 21, 22 (p. 44) Arabica non accuratius Latinis *Si eum volo manere donec veniam*, *quid ad te* respondere possunt, quam Graecis ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρός σε. Accedit quod ipso V. Cl. concedente Hier. non ita, sed *sic* (vel *si sic* Lachm.) legit; itaque ut probetur, interpretem Hieronymo usum fuisse, antea statuitur, codicem quo usus sit depravatum fuisse. Mr. 16, 20 (p. 49) pluralem apud RE تشددوا ortum esse putat ex mendoso aliquo apud Hier. *confirmantes* pro *confirmante*; sed itidem in Graeco βεβαίοντες pro -τος fuisse potest. Eiusdem generis sunt Mt. 3, 13. 15. 9, 10 (p. 19) Lc. 2, 2 (28) Mt. 1, 18 (31) 1, 19. 21 (32 تدعوا male scriptum est pro تدعو) 2, 15 (32) 6, 6 (33) 1, 6. 4, 16 (35) 2, 8. 22, 22 (36) 14, 4 (37) Lc. 10, 25 (37; nam etiam συμφωνίας est genet. sing.) Io. 3, 30. 14, 26 (37) Mt. 1, 23. 21. 4, 18. 20 (38) Io. 12, 21 (38).

b) Mt. 14, 24 (p. 33) R (cum E et M) consentit quidem cum lectione Hieronymi; sed haec in plerisque codd. Graecis invenitur; P contra Copticam praebet, etiam in cod. B et quibusdam aliis exhibitam, cum additamento Copti e Io. 6, 19 petito. Similiter apud Mt. 1, 2 (p. 34) 10, 24 (p. 21) Mr. 3, 14 (p. 38) Mt. 1, 8. 10 (p. 39) quod R et Hier. praebent etiam in plerisque codd. Graecis legitur. Apud Mt. 6, 21 (p. 33) Io. 12, 28 (p. 35) eorum lectio in paucis, sed antiquis testibus Graecis invenitur. Sunt etiam loci, in quibus ipsius Hieronymi codices utramque lectionem praebeant, ut Mt. 1, 6. (p. 38) 4, 16 (p. 19), ut rei ambiguitas in his fere dupla sit.

3) Restant pauci loci, non ultra quinque, in quibus R contra reliquos cum Hier. convenit. Mt. 2, 11 (p. 33) omnes (cf. Wetst.) codd. Graeci et PEM praebent εἶδον, R فوجدوا, Hier. *invenerunt*; Mt. 8, 30 (p. 21) pro μάκραν R. cum Hier. *non longe*; Lc. 2, 22, ubi Graeci vel αὐτῶν vel αὐτοῦ praebent (αὐτῆς ex uno tantum codice nescio annon recte attulit Alterus), R تطهيرها Hier. *eius*; Mr. 15, 7 (p. 34) pro οἵτινες singulari utuntur R (in reliquis cum E consentit) et Hier., sed etiam Saîd. ap. Schwartzium; Mt. 7, 21 (p. 38) addunt R. et Hier. *ipse intrabit in regno coelorum*, quod etiam in codd. C** et 33 invenitur. Horum autem exemplorum, ex parte etiam dubiorum (nam Lc. 2, 22 legendum videtur تطهيرهما; Mr. 15, 17 et Mt. 7, 21 non desunt alii testes neque quisquam Saîdicam ex Latina interpolatam censebit) vel ex eodem, quo Hieronymus usus est, studio male interpretandi profectorum apparet et raritatem et levitatem nimiam esse, quam ut iis editionis Romanae ex vulgata origo demonstrari possit.

P. 1 *l.* 15 *leg.* quales. P. 21, 5 inf. *l.* commento praeferenda. P. 24, 16 *l.* ليختبرن يجربن.

---

Bonnae, Typis Caroli Georgi.

Gildemeister, Johann.
De evangeliis in arabicum e simplici syriaca translatis commentatio.